pro Epiſcopo Introit⁹.
Fiat domine manus
tua ſup virū dextere
tue. et ſup filiū hoīs
quē cōfirmaſti tibi. et nō diſce
dimus a te viuifica nos et no
men tuū inuocabim⁹. ℣ Qui
regis iſrael intēde qui deducis
velud ouem ioſeph. Gl'a pri
dicif. Sine Gl'a in ex. Col.
Omnipotēs ſempiter
ne deus qui facis mi
rabilia magna ſolus p̄-
tende ſup famulū tuū an
tiſtitē noſtrum. N. et ſup
cūctos illi cōmiſſos ſpm̄
gratie ſalutaris: et vt in
veritate tibi cōplaceāt p-
petuū eis rorem tue bn̄di
ctiōis infunde. P d. Alie

colle ſcđm tēp' vl ad pla.
Lcō Epl'e bti Petri aplī.

Chriſtus paſſus ē p nobis vobis relinquēs exēplū vt ſequamini veſtigia eius qui peccatū nō fecit. nec inuētus eſt dolus in ore eius. Qui cū malediceretur nō maledicebat. Cū patere nō cōminabatur. Tradebat aūt iudicāti ſe iniuſte qui peccata noſtra ipſe pertulit ſuper lignum vt peccatis mortui iuſticie viuamus cuius liuore ſanati ſumus. Eratis eñi ſicut oues errātes. Sed cōuerſi eſtis nunc ad paſtorē et epiſcopū animarū vr̄arū.

Iurauit dñs et nō pe Grad. nitebit eum tu es ſacerdos ineternū ſcđm ordinē melchiſedech. ℣ Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. All'a. Paſtores mei paſcent gregē meū et e ro merces eorū magna nimis. Sine ſeqñ. In ſeptuage. Tract'. Beatus vir qui timet do. vt ſ. S. Johēn

In illo tp̄e Venerūt ad iohānē diſcipuli ei' et dixerūt ei Rabbi Qui erat tecū trās iordanē cui teſtimoniū phibuiſti: ecce hic baptiſat: et oēs veniunt ad eū. Reſpōdit iohānes et dixit. Nō poteſt hō accipere quicq̄ niſi fuerit ei datum de celo. Ipſi vos michi teſtimoniū phibetis qđ dixerim. non ſum ego xp̄s. ſʒ qm̄ miſſus ſū ante illū. Qui habet ſpōſam ſponſus eſt. Amic' aūt ſponſi qui ſtat et audit eū gaudet pter vocē ſponſi In hoc gaudium meū impletū eſt. Illum oportet creſcere. me autē minui. Sine Credo Off.

Ueritas mea et miſericordia mea cū ipſo et in noīe meo exaltabit cornu eius Secreta

Hoſtias dñe famulorū tuorū placat' intēde: et q̄s in honorē noīs tui deuota mēte p eis celebramus pficere ſibi ſentiāt ad medelā. P. Prefa. coti. Com

Dedit dñs paſtores ī op' miniſterii i edificationem corpis

Quos celeſti re Cōpl. xp̄i
creas munere: ꝑpetuo do
mine comitare pſidio: et
quos fouere non deſinis
dignos fieri ſempiterna
redēptiōe ꝯcede P. Do. Be
nedicam' dño. Pro impera
Domi- tore. Intro.
D nus fortitudo plebis ſue
et ꝓtector ſalutariū chriſti ſui
eſt: ſaluū fac populū tuū dñe ꝛ
benedic hereditati tue: et rege
eos uſqꝫ in ſeculū. ps. Ad te
dñe clamabo de' me' ne ſileas
a me. ne qñ taceas a me et aſſi
milabor deſcendētib' in lacū
Glīa pri ꝛc. Sine Glīa in ex.
Eus regnoꝝ Coll.
D omniū et chriſtiani
maxime ꝓtector imperij
da ſeruo tuo imperatori
nr̄o. N. triūphū virtutis
tue ſciēter excolere: ut qui
tua ꝯſtitutiōe ē princeps
tuo munere ſemper ſit po
tens. P. d. Lcō Eple bti
Chariſſi Petri apli
mi. Subiecti eſtote
oī creature humane ꝓpter
deū. ſiue regi q̄ſi p̄celleti.
ſiue ducibus tanq̄ ab eo
miſſis ad vindictā male
factoꝝ: in laudē vero bo-
noꝝ. Quia ſic eſt volun-
tas dei: ut bñfaciētes ob-
muteſcere faciatis impru
dentiū hominū ignoran
tiā. Quaſi liberi: et nō q̄-
ſi velamen habētes mali
tie libertatē. ſed ſicut ſer-
ui dei. oēs honorate: fra-
ternitatē diligite. deū ti-
mete. regem honorificate
Serui ſubditi eſtote in oī
timore dñis vr̄is. Nō tm̄
bonis et modeſtis: ſꝫ etiā
diſcolis. Hec ē eīm grā in
xp̄o ihesu dño nr̄o. Gr.
Saluū fac ſeruū tuū deus me
us ſperantē in te. V. Auribus
ꝑcipe dñe orationē meā. Al-
leluia. V. Dñe in virtute tua le
tabit rex ꝛ ſup ſalutare tuū ex-
ultabit vehemēter Sine Se
quētia. Euāge. Abeūtes
pharisei ꝯſiliū inie. Req.
dñica. xxiij. p' penth. fol.
cxxiij. Sine Credo niſi in
Populū humi dñica. Off.
lem ſaluū facies dñe et oculos
ſupborū humiliabis qm̄ quis
de' preter te dñe Secreta.

Suſcipe domine p̄ces et hoſtias eccl'ie tue ſupplicantis pro ſalute famuli tui. N. impatoris: ⁊ ꝓtectione fideliū ꝑpl'oꝝ et antiqua brachij tui operare miracula ut ſuperatis pacis inimicis: ſecura tibi ſeruiat chriſtiana libertas. P. Prefa. coti. Com.

Illumina faciē tuā ſup ſeruū tuū et ſaluū me fac in tua miſericordia dn̄e nō cōfundar qm̄ inuocaui te. Complēda

Deus qui ad p̄dicādum eterni regis euāgeliū romanū imperiū p̄paraſti: p̄tēde famulo tuo. N. ipe ratori nr̄o arma celeſtia ut pax eccleſiaꝝ nulla turbet̃ tempeſtate belloꝝ P dn̄m. Bn̄dicam' dn̄o. Pro Rege ⁊ populo. Introit'

Salus populi ego ſū dicit dn̄s. de quacūqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos. ⁊ ero illoꝝ dn̄s in perpetuum. ps Attendite popule meus legē meā inclinate aurē veſtrā in verba oris mei Gl'a pri ⁊c. Or Sine Gl'a i ex

Deus q̄ cōteris Coll'. bella. ⁊ impugnatores in te ſperantiū potentia tue defenſiōis expugnas. auxiliare q̄s domine famulo tuo regi noſtro. N. populoqꝫ ſuo ſibi ſubiecto. pro quib' miſericordiā tuam ſupplicitet iplorām': ut te parcente remiſſionem peccatoꝝ accipiant: et cūcta ſibi aduerſantia te adiuuāte ſuperare valeant. P dn̄m.

Fr̄es Ad Epheſios

Non ceſſo gratias agere pro vobis memoriam veſtri faciēs in orationibus meis: ut de' dn̄i noſtri ih̄u xp̄i pater glorie det vobis ſpm̄ ſapientie ⁊ reuelatiōis in agnitione ei' illuminatos oculos cordis vr̄i: ut ſciatis q̄ ſit ſpes vocatiōis ei' et que diuitie glorie hereditatis eius in ſanctis: et q̄ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius i nos qui credim' ſcd̄m opatione potentie ꝟtutis ei' quā

operatus eſt in xp̄o: ſuſci
tās illū a mortuis et ꝯſti
tuēs ad dexterā ſuā ī cele-
ſtib⁹ ſup̄ oēm principatū
et poteſtatē ⁊ virtutē ⁊ do
minationē. ⁊ oē nomē qd̄
noiaꝛ nō ſolū in hoc ſecu
lo: ſed etiā ī futuro. et oīa
ſubiecit ſub pedib⁹ ei⁹. Et
ipſum dedit caput ſupra
oēm ecclīam: q̄ eſt corp⁹
ipſius ⁊ plenitudo ei⁹ qui
oīa in oīb⁹ adiplet Gr.
Conuertere dn̄e aliquātulū et
deprecare ſup ſeruos tuos. V
Dn̄e refugiū tu fact⁹ es nobis
a generatiōe ⁊ ꝓgenie. Alla.
V Oſtende nobis dn̄e miſeri-
cordiā tuam ⁊ ſalutare tuū da
nobis. Sine ſeqn̄. Scd̄m
In. i. t. Subleua Johēm
tis ihs oculis in celū di-
xit. Pat̄ q̄s dediſti mihi
volo ut ubi ego ſū: et illi
ſint mecū: ut videāt clari
tatē meā quā dediſti mi-
hi: qꝛ dilexiſti me ante cō
ſtitutionē mūdi Pater iu
ſte mūd⁹ te nō cognouit
ego aūt te cognoui Et hi
cognouerūt qꝛ tu me mi-
ſiſti. ⁊ notū feci eis nomē
tuū: ⁊ notū faciā: ut dilec-
tio q̄ dilexiſti me in ipſis
ſit: ⁊ ego ī ipīs. Sine Cre
do niſi in dn̄ica Offerto.
Sperēt in te oēs qui nouerūt
nomē tuū dn̄e qm̄ nō derelin-
quis querētes te. pſallite dn̄o
qui habitat in ſion qm̄ nō ē ob
lit⁹ oratiōes pauperū Secre.
Sacrificiū dn̄e qd̄ imo-
lam⁹ ꝑficiat itēde: ut ab
oī nos exuas bellorꝫ neq̄
tia: ⁊ in tue ꝓtectiōis ſecu
ritate ꝯſtituas: ⁊ famulū
tuū. N. regē noſtrū ac po
pulū ſibi ſubiectū: ⁊ a pec
catis abſolue: ⁊ ab hoſti-
um viſibiliū et īuiſibiliū
tutū inſidijs atqꝫ ſecurū
effice. P do. Prefa. cotid.
Inclina aurē tuā ac Com.
celera ut eruas nos. Cōpl.
Sacroſancti corpis ⁊ ſā-
guinis dn̄i nr̄i ihesu xp̄i
refectiōe vegetati. ſuppli-
ces te rogam⁹ oipotēs de⁹
ut hoc remedio ſingulari
famulum tuū. N. regem
noſtrū: populumqꝫ ſibi
ſubiectum ⁊ ab omni pu

rifices ↄtagione pctōꝝ: ⁊
a cūctoꝝ munias icurſi-
one periculoꝝ. P do. Bn̄
dicamus dn̄o. Pro ſeipſo
Sacerdote Introitus.
Fac mecū dn̄e ſignū i bo
no ut videant q̄ me ode
runt ⁊ cōfundātur. qm̄ tu dn̄e
adiuuiſti me ⁊ cōſolat⁹ es me.
pſ Inclina dn̄e aurem tuā et
exaudi me: qm̄ inops et paup
ſum ego. Gl'a pri ⁊c. dr Si-
ne Gl'a in excel. Collecta.
Omnipotens ſempi-
terne de⁹ q̄ me pecca-
torē ſacris altarib⁹ aſta-
re voluiſti: et ſancti noīs
tui laudare potentiā. cō-
cede q̄ſo p hui⁹ ſacramēti
miſteriū: meoꝝ michi ve-
niā pctōꝝ: ut tue maieſta
ti digne miniſtrare mere
ar. P d. Ad Thimotheū.
Chariſſime. Fidelis
ſermo ⁊ oī acceptiōe
dign⁹: q꞉ ih̄s xp̄s venit in
hūc mūdum pctōres ſal-
uos facere: quorū prim⁹
ego ſum. Sꝫ ideo miſeri-
cordiā cōſecutus: ut i me
primo oſtēderet xp̄s ih̄s
omnē patiētiā: ad infor
mationē eoꝝ qui creditu
ri ſunt illi in vitā eternā.
Regi aūt ſeculoꝝ imorta
li inuiſibili ſoli deo ho-
nor ⁊ gloria in ſecula ſe-
culoꝝ amen Gradua.
Ab occultis meis mūda me
dn̄e et ab alienis parce ſeruo
tuo. ỽ Si mei nō fuerint do-
minati tūc imaculatus ero et
emūdabor a delicto maximo
Allā. ỽ In te dn̄e ſperaui:
nō cōfundar ineternū: in tua
iuſticia libera me et eripe me:
inclina aurē tuā accelera ⁊ eri
pies me. Sine ſequeñ. In
lxx. loco all'a dr: Tractus
Dn̄e nō ſcd̄m peccata. ut ī in
miſſa p pctīs. fol. cclxv.
Euāgelium Vigilate q꞉
neſcitis. Req. ſ de vno cō-
feſſore. fol. ccxxxviij. Sine
Credo niſi in dn̄ica. Off.
Intēde voci oratiōis mee rex
meus ⁊ deus meus Secreta
Da queſo clementiſſime
pater per huius ſacramē
ti miſterium. meoꝝ mihi
veniam peccatorum: ut
nō ad iudicium ſed ad in

dulgentiā hui⁹ p̄ſbitera-
tus ordo mihi proficiat
ſempiternā P̄ dn̄. Prefa.
Ab occul Com̄. cotidia.
tis meis munda me dn̄e et ab
alienis parce ſeruo tuo Cōpl'
Sūpſim⁹ dn̄e ſalutis no
ſtre ſacramēta celeſtia: p̄
ſta q̄ſum⁹ ut eoꝝ partici-
patio michi famulo tuo
ad ꝑpetuā ꝓficiat ſalutē
P dn̄m Bn̄dicamus dn̄o.
Itē p ſeipſo ſacerdote et
ſibi ꝯmiſſis. Collecta.
Deus cui ꝓprium eſt
miſereri ſemꝑ ⁊ par
cere: maieſtatē tuā ſuppli
citer deprecor: ut mihi fa
mulo tuo licꝫ īdigno p̄ci
bus beate dei genitricis
virginis marie ⁊ omniū
electoꝝ tuoꝝ: veniā meo-
rū largiri digneris pecca
torū. et famulis ac famu
lab⁹ tuis: q̄ mihi conſan
guinitatis. familiarita-
tis. ꝯmendatiōis. ꝯfeſſio
nis. vel dilectiōis vincu-
lo innectūtur: viuis ⁊ de-
functis quorū noīa tibi
viuūt. pro quibus miſeri
cordiā tuam exoro: inter
uentu omniū ſupnoꝝ ci
uiū: cūctaꝝ ꝓpicius īdul-
gentiā culparū ⁊ plenitu
dinē eternorū largiaris
gaudiorū. Per. e. Secre.
Miſerere queſo clemētiſ-
ſime deus michi famulo
tuo licꝫ indigno qui hoc
ſacrificiū laudis tue offe
ro maieſtati: ⁊ precib⁹ be-
ate virginis marie ⁊ om-
niū electorū cūctas iniq-
tates meas dele ī indulgē
tia tue ꝓpiciatiōis. nec pl⁹
valeat apud te offēſio de
delinquētis: q̄ꝫ miſericor
dia indulta precib⁹ ſup-
plicātis. ⁊ q̄d deuota mē-
te p peccaminū meoꝝ ab
ſolutione exoro proficere
mihi ſentiā ad medelam
famulis quoqꝫ et famu-
labus tuis q̄ mihi ꝯſan-
guinitatis: familiarita-
tis: cōmēdatiōis: ꝯfeſſio
nis vel dilectiōis vincu-
lo innectūtur: viuis ⁊ de-
functis quorū noīa tibi
viuunt. p quibus miſeri
cordiā tuā exoro: remiſſi

onē omniū peccatorū et eternitatis gloriā tribue

Sumptis Cōpl. P do dn̄e ꝑpetue ſalutis ſacramentis: tuā dep̄cor clemētiam: vt ꝑ ea me famulū tuū licet indignū interuētu ſcte͂ dei genitricis marie et omniū electoꝝ tuorum a cūctis iniquitatibus meis ꝓpici⁹ emūdes atqꝫ ab oīb⁹ aduerſitatibus ꝓtegas: ⁊ eterne felicitatis ꝯſortē efficias. famulos etiā ac famulas tuas qui mihi cōſanguinitatis. familiaritatis. ꝯmēdatiōis. cōfeſſionis vel dilectiōis vinculo innectūtur viuis ⁊ defūctis quorū noīa tibi viuūt ꝑ qb⁹ miſericordiā tuā exoro p̄cib⁹ omniū ſanctorū tuoꝝ a cūctis iniqtatib⁹ exuas ⁊ ad ſempiterna ꝑmiſſa ꝑducas. Pe.

Contra pſecutores ſtat⁹ eccleſiaſtici Col.

Eccleſie tue qs dn̄e p̄ces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatib⁹ ⁊ erroribus vniuerſis ſecura tibi ſeruiat libertate P do.

Protege nos q̄. Secre. ſum⁹ dn̄e tuis miſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherendo. ⁊ corpe tibi famulemur ⁊ mēte. P.

Queſum⁹ dn̄e de⁹ Cōpl. noſter: vt qs diuina tribuis participatiōe gaudere: humanis nō ſinas ſubiacere periculis. P do

Cōtra tēptatiōes malarū cogitationū Collec.

Omnipotens mitiſſime deus reſpice ꝓpicius preces nr̄as: et liberator noſtrū de malarū tēptatione cogitationū: vt ſanctiſpūs digni fieri habitaculū mereamur. Per dn̄m. eiuſdē Secreta.

Has tibi dn̄e deus offerimus oblationes: quaten⁹ animas ⁊ corda noſtra ab omni temptatiōe ⁊ cogitatiōe mala liberare: et ſctiſpiritus gratia illuminare digneris. P dn̄m. eiuſdem Cōplen.

Per h̄ qs dn̄e ſacrificiū

quod tue obtulim⁹ ma-
ieſtati:ab oib⁹ corda no-
ſtra emūda temptationi
b⁹:et illumina gratie tue
ſplendore:ut digna ma-
ieſtati tue cogitare ⁊ dili-
gere valeamus. Per do.
Contra tēptationes car-
nis Coll.
Ure igne
ſācti ſpiritus renes
noſtros ⁊ cor noſtrū do-
mine:ut tibi caſto corpo
re ſeruiam⁹ et mūdo cor-
de placeamus P đ eiuſđ.
Diſrumpe dn̄e Secreta
vincula peccatoꝝ noſtro
rū: ut ſacrificare tibi ho-
ſtiam laudis abſoluta li
bertate poſſim⁹: retribue
que āte tribuiſti. et ſalua
nos p̄ indulgētiā quos
ſaluare dignatus es per
grām. Per do. Cōpleñ.
Domine adiutor ⁊ ꝓtec-
tor noſter: refloreat cor et
caro noſtra vigore pudi
cicie caſtimonieq; noui-
tate: quatenus per hoc ſa
crificiū quod tue obtuli-
mus maieſtati ab omni-
bus mūdemur temptati
onibus. Per do. Pro im
petratiōe lachrimarum.
Omnipotens Coll.
mitiſſime de⁹ q̄ ſiti-
enti populo fontē viuen-
tis aque de petra eduxiſti
educ de cordis noſtri du
ricia cōpūctionis lachri-
mas: ut pctā noſtra plan
gere valeamus remiſſio
nēq; te miſerante merea-
mur accipere. P đ Secre.
Hanc dn̄e q̄ſumus obla
tiōem quā tue maieſtati
ꝓ peccatis nr̄is offerim⁹:
ꝓpicius reſpice et ꝓduc de
oculis noſtris lacrimaꝝ
flumina quib⁹ debita flā
marū incēdia valeant ex
tingui. Per dn̄m. Cōpl.
Gratiā ſanctiſpirit⁹ do
mine deus cordibus no
ſtris clementer infunde:
que nos gemitibus effici
at lachrimarū maculas
noſtrorū diluere peccato
rū. atq; optate nobis te
largiente indulgētie pre-
ſtet effectū. Per đ. eiuſdē.
Pro amico Coll.
Omnipotēs ſēpiterne

de⁹ miſerere famulo tuo
N. et dirige eũ ſcdm tuá
clemẽtiá in viam ſalutis
eterne: ut te donante tibi
placita cupiat ⁊ tota vir-
tute ꝑficiat. P d. Secre.
Proficiat q̃s dñe hec ob
latio quá tue ſupplices of
ferimus maieſtati: ad ſa
lutẽ famuli tui. N. ut tua
ꝓuidẽtia eius vita inter
aduerſa ⁊ proſpera ubiq;
dirigatur. P do. Cõpl.
Sumẽtes dñe ꝑpetue ſa-
cramenta ſalutis tuá de-
p̃camur clemẽtiá: ut ꝑ ea
famulũ tuũ. N. ab omni
aduerſitate ꝓtegas. P d.
Alia pro amico penitẽte
DEus qui Collecta
iuſtificas impium
et nõ vis mortẽ peccato-
rum: maieſtatẽ tuá ſup-
pliciter dep̃camur: ut fa-
mulum tuũ N de tua mi
ſericordia ꝯfidentem: ce-
leſti protegas benignus
auxilio: ⁊ aſſidua eum ꝓ-
tectione cõſerues: ut tibi
iugiter famulet̃. ⁊ nullis
tẽptatiõib⁹ a te ſeparet̃. P

Huius dñe vir Secre.
tute miſterij ⁊ a proprijs
nos mũda delictis et fa-
mulũ tuũ. N. ab oib⁹ ſol
ue peccatis. P d. Cõpl.
Purificent nos dñe q̃ſu
mus ſacramẽta que ſum
pſimus: et famulũ tuum
N. ab omni culpa liberũ
eſſe ꝯcede: ut qui ꝯſcientie
reatu cõſtringit̃: celeſtis
remedij plenitudine glo-
riet̃. P do. Pro plurib⁹
amicis ſeu familiaribus
DEus qui cha Coll.
ritatis dona ꝑ gra-
tiá ſancti ſpũs tuoꝝ cor-
dibus fideliũ infudiſti:
da famulis et famulab⁹
tuis ꝓ quibus tuá depre
camur clementiá: ſalutẽ
mentis ⁊ corporis: ut ⁊ te
tota virtute diligant: ⁊ q̃
tibi placita ſunt tota di-
lectiõe ꝑficiát. P eiuſdem
Miſerere q̃ſum⁹ Secre.
dñe famulis et famula-
bus tuis. N. ꝓ quib⁹ hoc
ſacrificiũ laudis tue offe
rimus maieſtati: ut ꝑ hec
ſancta ſupne bñdictiõis

gratiā obtineāt: ⁊ gloriā
eterne beatitudinis acq-
rant. Per dn̄m Compl.
Diuina libātes miſteria
q̄ſumus dn̄e ut hec ſalu-
taria ſacramēta illis ꝑfi-
ciant ad proſperitatem ⁊
pacē: p quoꝝ quarūqʒ di-
lectione hec tue obtulim⁹
maieſtati. P do. Pro tri-
bulatione Intro.
Salus populi ego ſū di-
cit dn̄s: de quacūqʒ tribulatio
ne clamauerint ad me exaudi
am eos ⁊ ero illorū dn̄s in per
petuū. ps Attendite popule
meus legē meā inclinate aurē
veſtrā i verba oris mei. Gl'a
pri ⁊c ꝟ. Sine Gl'a in excel.
Deus qui ꝯtritoꝝ nō
deſpicis gemitum ⁊
merentiū nō ſpernis affe
ctū: adeſto p̄cib⁹ noſtris
quas tibi pro tribulatio
ne nr̄a effundimus: iplo
rātes ut eos clemēter ſuſ-
cipiens quicq̄d ꝯtra nos
diabolice vel hūane mo-
liuntur aduerſitates ad
nichilū redigas: et ꝯſilio
tue pietatis allidas: qua

tenus nullis aduerſitati
bus leſi. ſed ab omni tri-
bulatiōe ⁊ anguſtia libe-
rati: leti i eccleſia tua ſan
cta tibi deo gr̄as refera-
mus. P do. Lectio libri
In diebus Machabeoꝝ
illis. Orationē faciebāt
ſacerdotes dū offerrēt ſa
crificiū p populo iſrael:
ionatha inchoante: cete-
ris aūt reſpōdentibus et
dicentib⁹. Benefaciat vo
bis deus: et meminerit te
ſtamenti ſui qd ab abra-
hā ⁊ yſaac et iacob locut⁹
eſt ſeruoꝝ ſuorū fideliū.
Et det vobis cor oīb⁹ ut
colatis eum ⁊ faciatis ei⁹
volūtatē. Adaperiat do-
minus cor veſtrū in lege
ſua et in p̄ceptis ſuis: ⁊ fa
ciat pacē. Exaudiat ora-
tiones veſtras et recōcili
etur vobis: nec vos deſe-
rat in tempore malo. do
minus de⁹ veſter Grad.
Adiutor i oportunitatibus
in tribulatiōe ſperent in te qui
nouerūt te qm̄ nō derelinquis
querentes te dn̄e. ꝟ Qm̄ non

in finem obliuio erit pauperis
patientia pauperũ nõ peribit
ineternũ exurge dñe nõ preua
leat homo. Alla. ℣ Deus iu-
dex iuſtus fortis et patiẽs nũ
quid iraſcetur per ſingulos di
es. Infra.lxx. Tractus.
Dñe nõ ſcdm peccata noſtra.
ut i fol. ſequenti. Scdm
In illo tpe Dixit Lucam
ihs diſcipulis ſuis. Peti-
te: ⁊ dabit vobis. Queri-
te ⁊ inuenietis. Pulſate: ⁊
aperiet vobis. Ois em̃ q
petit accipit. et qui querit
inuenit. et pulſanti aperi
etur. Quis autẽ ex vobis
patrẽ petit panẽ: nũquid
lapidẽ dabit illi? Aut pi
ſcem: nũquid p piſce ſer-
pentem dabit illi? Aut ſi
petierit ouũ: nũquid por
riget illi ſcorpionẽ? Si
ergo vos cum ſitis mali
noſtis bona data dare fi
lijs vr̃is: q̃to magis pa-
ter veſter de celo dabit ſpi
ritũ bonũ petentibus ſe.
Sine Credo Offerto.
Si ambulauero in medio tri
bulationis viuificabis me do
mine et ſuper irã inimicorum
meorum extẽdes manũ tuam
et ſaluũ me fecit dextera tua.
Deus q̃ tribula Secre.
tos corde ſanas et meſti-
ficatos actu letificas: in-
tercedentibus oĩb⁹ ſanc-
tis tuis: ad hãc hoſtiam
quã tibi pro tribulatiõe
noſtra offerimus dignã
ter attende ⁊ benign⁹ acci
pe: diſcrimina noſtra de-
pelle. miſeriaꝝ ⁊ anguſti
arũ amoue preſſuram: ut
exuti oĩbus que patimur
malis in tuis ſemp mere
amur exultare delicijs P
Tu dñe ſeruabis Com.
nos et cuſtodias nos a gene-
ratione hac ineternũ. Cõpl.
Dimitte dñe deus pecca-
ta noſtra: ⁊ tribue nobis
miſericordiã tuã: oriſq̃
noſtri alloquio depreca-
tus humilitatẽ noſtrã at
tende. vincula ſolue. delic
ta dele. tribulationem in
ſpice. aduerſitatẽ repelle.
effectũq̃ peticiõis noſtre
largiens preces nr̃as cle-
menter exaudi P. Bñ. do.

Itē p̄ tribulatiōe Collc̄.

Omnipotēs ſempiterne deus meſtoꝝ ꝯſolatio. laborātiū fortitudo ꝑueniāt ad te preces de q̄cūq; tribulatiōe clamantiū: ut oēs ſibi ī neceſſitatibus ſuis: miſericordiā tuā gaudeāt affuiſſe Per d.

Suſcipe dn̄e ꝓpicius hoſtias Secre. quibus ꝛ te placari voluiſti: ꝛ nobis ſalutē potenti pietate reſtitui. Per d. Complēda.

Da nob̄ dn̄e q̄s de tribulatiōe leticiā ut qui diu p̄ peccatis nr̄is affligimur intercedētib⁹ oībus ſctīs tuis in tua miſericordia reſpirem⁹. Per do. Pro peccatis Introitus miſſe.

Si iniquitates obſeruaueris dn̄e: domine quis ſuſtinebit. quia apud te propiciatio ē deus iſrael. Ps̄ De profūdis clamaui ad te domine. domine exaudi vocem meam. Glo ria pri ꝛ̄ dicit̄. Sine Glīa in excelſis

Exaudi queſumus domine ſuppli- Collec. cium preces: et confitencium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per dn̄m nr̄m

Lectio Hieremie ꝓphete.

Si iniq̄tates noſtre contenderint cōtra nos domine libera nos. Queſumus fac ꝓpter nomen tuum: quoniā multe ſunt auerſiones noſtre Tibi peccauimus expectatio iſrael: ſaluator noſter in tempore tribulationis. Tu autē in nobis es domine: ꝛ nomen ſanctum tuū inuocatū eſt ſuper nos. Ne derelinquas nos domine deus noſter

Propicius eſto Graduale dn̄e peccatis noſtris ne quādo dicant gentes ubi eſt deus eorum. ℣ Adiuua nos deus ſalutaris noſter et propter honorem nominis tui dn̄e libera nos. All'a. ℣ Oſtēde nobis domine miſericordiā tuam et ſalutare tuū da nobis Sine ſeqn̄. In ſeptua. ꝛ q̄dra. loco alleluia dicit̄ Trac.

Dñe nō ſcdm peccata Trac.
nr̄a facias nobis neq; ſecūdū
iniquitates noſtras retribu-
as nobis. ℣ Dñe ne memine-
ris iniquitatū noſtrarū antiq̄
rum cito anticipēt nos miſeri
cordie tue quia pauperes fac-
ti ſum⁹ nimis. Flexis geni-
bus dicit̄ ℣ Adiuua nos de
us ſalutaris noſter et propter
gloriā nois tui dñe libera nos
et ꝓpicius eſto peccatis nr̄is ꝓ
pter nomen tuū. Euāgeliū.
Petite ⁊ dabit̄. ut ſtatim
ſ fol. preceden̄. i miſſa ꝓ
tribulatione. Sine Credo
niſi in dñica. Offerto.
Sicut in holocauſtū arietum
et taurorū et ſicut in milibus
agnorū pinguiū ſic fiat ſacrifi
cium noſtrum in cōſpectu tuo
hodie ut placeat tibi quia non
eſt confuſio confidentibus in
Hoſtias ti Secre. te dñe
bi domine placatiōis of
ferimus: ut et delicta no-
ſtra miſerans abſoluas
et nutantia corda tu diri
gas. P do. Prefa. cotidi.
dicit̄ etiā in q̄dragesima
Amen dico vobis Com̄.
quicquid orātes petitis credi-
te quia accipietis ⁊ fiet vobis
Preſta nobis Compl.
q̄ſumus eterne ſaluator
ut ꝑcipientes hoc mune-
re veniam peccatoꝝ dein
ceps pctā vitemus P do.
Bñdicamus dño Itē pro
peccatis alia Collecta.
Ineffabilē miſericor
diam tuā nobis dñe
clemēter oſtēde: ut ſimul
nos ⁊ a peccatis oīb⁹ exu-
as: et a penis quas ꝓ his
meremur eripias. P do.
Hec munera dñe Secre.
q̄ſum⁹ ut vincula noſtre
prauitatis abſoluant et
tue nob̄ miſericordie do-
na ꝯciliant. P d. Cōpl.
Preſta nobis dñe queſu
mus: ut terrenis affectib⁹
expiati ad ſupni plenitu
dinē ſacramēti cui⁹ liba-
uim⁹ ſancta tēdam⁹ P d.
Pro inimicis Collecta.
Deus pacis charita-
tiſq; amator et cu-
ſtos: da oībus inimicis
nr̄is pacē verāq; charita
tē: cūctorūq; eis remiſſio

nem tribue pctōꝝ. noſqꝫ
ab eoꝝ inſidijs potenter
eripe. Per dn̄m. Secre.
Oblatis q̄s dn̄e placare
muneribus: ⁊ nos ab ini
micis nr̄is clemēter eripe
eiſqꝫ indulgētiam tribue
delictoꝝ. Per do. Cōpl.
Hec nos ꝯmunio dn̄e q̄-
ſumus exuat a delictis: ⁊
ab inimicoꝝ defendat in
ſidijs. P. d. In tpe belli.
Omnipotēs ⁊ Coll.
miſericors deꝰ a bel
loꝝ nos q̄s turbine fac q̄
etos: qꝛ bona cūcta p̄ſta-
bis ſi pacē dederis mētis
et corpis. Per d. Secreta
Deus q̄ ꝓuidentia tua ce
leſtia ſimul ⁊ terrena mo
deraris p̄ſenti oblatione
placatꝰ ꝓpiciare xp̄ianoꝝ
regibꝰ ⁊ regnis: ut oīs ho
ſtiū fortitudo te ꝓ nobis
pugnāte frangat᷑ Per d.
Deus ſerui Complen̄.
entiū tibi fortitudo reg-
norum. ꝓpicius chriſtia-
norum adeſto ſemp p̄in
cipibꝰ: ut quorū tibi ſub-
iecta ē hūilitas eorū ubi-
qꝫ excelſioꝛ ſit poteſtas P
Pro cōcordia Collecta.
Deus largitor pacis
⁊ amator charitatis
da ſeruis tuis verā cum
tua volūtate cōcordiam
ut ab oībus que nos pul
ſant temptationibus li-
beremur. Per do. Secre.
His ſacrificijs dn̄e que-
ſumus cōcede placatus:
ut qui proprijs oramus
abſolui delictis nō gra-
uemur externis. Per do.
Libera nos dn̄e Cōpl.
ab omni malo ꝓpiciuſqꝫ
concede: ut q̄ nobis poſci
mꝰ relaxari: ipſi q̄qꝫ ꝓxi-
mis remittamus. Per d.
Pro congregatiōe ꝓpria
Defende q̄s Collec.
dn̄e beata maria cū
oībus ſanctis intercedē-
te: iſtam ab omni aduer-
ſitate congregationem ⁊
familiam: ⁊ tibi toto cor
de proſtratam ab hoſtiū
tuere clementer inſidijs.
Per dn̄m nr̄m Secreta
Suſcipe queſumus cle-
menter oīpotēs deus nr̄e

oblationē devotiōis: ꝛ ꝑ virtutē hu⁹ ſacramēti fa mulos tue maieſtatis a cūctis protege aduerſita tibus. Ꝑ do. Cōplenda

Spiritū nob̄ dn̄e tue cha ritatis infunde: ut quos uno pane celeſti ſatiaſti: tua facias pietate cōcor des. Ꝑ do. eiuſdē. Pro cō gregatiōe ꝓpria Coll.

Familiā tuā hu⁹ ſa cri cenobij q̄s dn̄e i tercedente btō petro ap̄lo tuo patrono nr̄o guber na ꝑpetuo moderamine ut aſſit nobis in ſecurita te cautela: et inter aſpera fortitudo. Ꝑ do. Secre.

Defēde q̄s dn̄e iſtā ab oī aduerſitate familiā: ut i tercedēte beato petro apo ſtolo tuo patrono nr̄o: ꝛ tibi toto corde pſternat̄. et ab hoſtium liberet̄ inſi dijs. Ꝑ dn̄m Compleñ.

Suſcipe dn̄e p̄ces nr̄as et per ſacramenta que ſū pſim⁹: muro cuſtodie tue hoc ſanctū ouile circūda ut oīni aduerſitate depul ſa: ſit hoc ſemꝑ domicili um incolumitatis et pa cis Ꝑ d. Pro pace Intro.

Da pacē dn̄e ſuſtinentib⁹ te ut prophete tui fide les inueniantur exaudi preces ſerui tui ꝛ plebis tue iſrael ps̄ Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domū dn̄i ibim⁹. Gl̄a pri ꝛc̄ ꝟ. Sine Gl̄a in excelſis Collecta.

Deus a quo ſacta de ſideria. recta conſilia ꝛ iu ſta ſunt opera: da ſeruis tuis illā quā mūdus da re nō poteſt pacē: ut et cor da noſtra mādatis tuis dedita: et hoſtiū ſublata formidine: tempora ſint tua ꝓtectione trāquilla. Per do. Ad Epheſios.

Fratres. Uos q̄ ali quando eratis lon ge: facti eſtis ꝓpe in ſpe: in ſanguine xpi. Ipſe eñ eſt pax noſtra qui fecit utra q̄ʒ unū. Et mediū parietē macerie ſoluens inimici tias in carne ſua legē mā datorū decretis euacuās ut duos condat in ſemet

ipſo in vnū hominē no-
uū faciēs pacē: ut recōci-
liet ambos ī uno homie
deo. ꝑ crucem interficiēs
inimicicias in ſemetipſo
Et veniens euāgelizauit
pacē vobis qui longe fu
iſtis: ⁊ pacem his qui ꝓpe
ſunt: qm̄ per ipſum habe
mus acceſſū ambo ī uno
ſpiritu ad patrē. Grad.
Letatus ſum ī his que dicta
ſunt mihi in domū dn̄i ibim⁹.
℣ Fiat pax ī virtute tua ⁊ abū
dantia in turribus tuis. Al-
leluia. ℣ Qui poſuit fines tu
os pacē ex adipe frumenti ſa-
ciat te. Sine ſeqn̄. Infra
Qui cōf. dn̄t lxx. Tractus
in dn̄o ſicut mons ſion nō cō-
mouebit ineternū qui habitat
in hieruſalē. ℣ Montes in cir
cuitu ei⁹ et dn̄s in circuitu ppli
ſui ex hoc nūc et vſqꝫ in ſeculū.
A.i.t.D.i.d. S. Johem
ſuis Pacem relinquo uo
bis: pacē meā do vobis.
Non quomodo mūdus
dat ego do vobis. Non
turbetur cor veſtrū neqꝫ
formidet Audiſtis quia
ego dixi vobis: vado ⁊ ve
nio ad vos. Si diligere-
tis me gauderetis utiqꝫ:
quia vado ad patrem: qꝛ
pater maior me ē. Et nūc
dixi vobis priuſq̄ fiat ut
cū factum fuerit credatis
Iā nō multa loquar vo
biſcū Venit eīn princeps
mūdi huius: ⁊ in me non
habet quicq̄. Sed ut cog
noſcat mūdus qꝛ ego di-
ligo patrem: et ſicut mā-
datum dedit michi pater
ſic facio. Sine Credo niſi
Populum in dn̄ica. Off.
humilē ſaluū facies dn̄e ⁊ ocu
los ſupborū humiliabis. qm̄
quis deus preter te domine.
Deus qui creden Secre.
tes ī te pp̄los nullis ſinis
cōcuti terroribus digna
re preces ⁊ hoſtias dicate
tibi plebis ſuſcipe: ut pax
tua pietate cōceſſa chriſti
anorū fines ab omni ho
ſte faciat eſſe ſecuros. Per
dn̄m. Prefacio cotidia.
Pacem meam do Com.
vobis alleluia: pacē relinquo
vobis all'a all'a. Vel iſta in

ſeptuageſima. Com̃.
Tu domine ſeruabis nos et
cuſtodies nos a generatione
hac ineternum Complen̄.
De⁹ auctoꝛ pacis ⁊ ama-
tor quē noſſe viuere: cui
ſeruire regnare eſt. ꝓtege
ab oībus impugnatiōi-
bus ſupplices tuos: ut q̇
in defenſione tua cōfidi-
mus: nulli⁹ hoſtilitatis
arma timeamus. P do.
Benedicam⁹ dn̄o Contra
paganos. Collecta
Omnipotens ſempi-
terne deus in cuius ma-
nu ſūt omniū poteſtates
et oīa iura regnorū: reſpi
ce ad romanū benignus
imperiū: ut gentes que in
ſua feritate cōfidūt potē-
tie tue dextera cōpriman
tur. Per dn̄m Secreta
Huius dn̄e q̄ſumus vir-
tute miſterij et a noſtris
mūdemur occultis et ab
hoſtiū liberemur īſidijs.
Per dn̄m Complēda.
Omnipotēs de⁹ chriſtia
ni noīs inimicos virtute
q̄ſumus ꝯprime tue ma-
ieſtatis: ut popul⁹ tuus
et fidei integritate letet̄ ⁊
tēpoꝝ trāquillitate ſemꝑ
exultet. P d̄. Item ꝓ iter
agentibus Collec.
Adeſto dn̄e ſupplicati
onib⁹ nr̄is: et viā fideliū
tuoꝝ in ſalutis tue ꝓſpe-
ritate diſpone ut inter om
nes vie ⁊ vite hui⁹ varieta
tes tuo ſemꝑ protegātur
auxilio. Per do. Secre.
Propiciare dn̄e ſupplica
tionibus noſtris: et has
oblatiōes quas tibi offe-
rimus ꝑ fidelib⁹ tuis be-
nignus aſſume: ut viā il-
loꝝ et p̄cedēte gratia tua
dirigas ⁊ ſubſequente co
mitari digneris: ut de ac
tu atq̄ȝ icolumitate illoꝝ
ſcd̄m miſericoꝛdie tue p̄ſi
dia gaudeamus. P do.
Miſteria nos Compl.
dn̄e ſctā purificēt: ⁊ viā fi
deliū tuoꝝ in ſalutis tue
ꝓſperitate dignare diri-
gere: ut inter oēs varieta
tū ſeculariū caſus tuo ſē-
per ꝓtegant̄ auxilio. P d̄
Cōtra nimiā pluuiā Col

Ad te nos domine clamantes dignanter exaudi: et aeris serenitatẽ nobis tribue supplicantib⁹: ut qui ꝓ peccatis nostris iuste affligimur misericordia tua ꝑueniente clementiã tuã sentiamus Preueni Secre. Per do. at nos q̃sumus dñe gratia tua semꝑ ⁊ subsequat͛ et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo dicandas deferimus benignus assume et per intercessionẽ omnium sanctorũ cunctis nobis ꝓficiãt ad salutẽ P d. Quesumus oĩpo Cõpl. tens deus clementiã tuã: ut inũdãtiã coerceas imbriũ: et hilaritatẽ tui vultus nobis impartiri digneris. Per do. Ad postulandũ pluuiã. Coll.

Deus in quo viuim⁹ mouemur ⁊ sumus pluuiã nobis tribue congruentẽ: ut ꝑsentib⁹ subsidijs sufficienter adiuti sempiterna fiducialr̃ appetamus. Per d. Secre. Oblatis domĩe placare muneribus: et oportunũ nobis tribue pluuie sufficiẽtis auxiliũ. P d. Cõpl. Omnipotẽs sempiterne deus. qui saluas oẽs ⁊ neminẽ vis perire. aperi fõtẽ benignitatis tue: et terram aridã aquis celestibus dignanter infunde. Per do. Contra tẽpestatẽ ventoꝝ. tonitruoꝝ vel chorustationẽ Collecta.

A domo tua q̃s dñe spũales nequicie repellant͛. ⁊ areaꝝ discedat malignitas tẽpestatũ P Offerimus tibi Secre. laudes ⁊ munera dñe pro cõcessis bñficijs gratias exhibẽtes: ⁊ pro ꝯcedẽdis semꝑ suppliciter deprecãtes. Per do. Cõplẽda. Omnipotẽs sempiterne de⁹ qui nos ⁊ castigando sanas ⁊ ignoscẽdo cõseruas. presta supplicib⁹ tuis: ut et trãquillitatibus huius optate ꝯsolatiõis letemur. et dono tue pie-

tatis ſemꝑ vtamur. P d.
Cōtra ſterilitatē terre: ſi-
ue peſtilētiā ⁊ famē Orō
VA nobis q̄ſum⁹ dn̄e
pie ſupplicatiōis effe
ctū: et peſtilentiā famēq̄z
ꝓpiciatus auerte: vt mor
taliū corda cognoſcāt: et
te indignāte talia flagel-
la ꝓdire ⁊ te miſerante ceſ
ſare. P dn̄m nr̄m Secre.
Deus qui humani gene-
ris vtrāq̄z ſubſtātiā pre-
ſentiū munerū ⁊ alimen-
to vegetas et ſacramēto
renouas. tribue q̄ſumus
vt eoꝝ ſubſidiū. et corpo
ribus noſtris nō deſit et
mentibus. Per d. Cōpl.
Guberna queſumus do
mine temporalibus ad-
iumētis: quos dignaris
eternis reformare miſte-
rijs. Per dn̄m. Orō infir-
Exaudi de mo Intro.
us oratiōnē meā et ne
deſpexeris deprecatiōnē meā
intēde in me ⁊ exaudi me. Ps.
Contriſtatus ſum in exercita
tione mea et cōturbatus ſum
a voce inimici. Glā patri. Gr

Sine Glīa in excel. Colł.
OMnipotēs ſempiter
ne deus. ſalus eterna
credentiū: exaudi nos ꝓ
infirmo famulo tuo. N.
ꝓ quo miſericordie tue i-
ploramus auxilium: vt
reddita ſibi ſanitate gra
tiaꝝ tibi in eccleſia tua re
ferat actionē. Per d. Lcō
Epłe beati Jacobi apłi.
FRatres. Triſtať ali
q̄s veſtrū: oret equo
animo et pſallat. Infir-
matur quis in vobis: in-
ducat preſbiteros eccleſie
et orent ſuꝑ eum vngen-
tes eum oleo in noīe dn̄i.
et oratio fidei ſaluabit i-
firmū Et alleuiabit eum
dn̄s. ⁊ ſi in peccatis ſit di-
mittenť ei. Cōfitemini er
go alterutrū pctā vr̄a. et
orate ꝓ inuicē vt ſaluemi
Miſerere michi Gr. ni.
q̄m infirmus ſum ſana me do
mine. V Cōturbata ſunt om
nia oſſa mea ⁊ aīa mea turba
ta eſt valde. Alla V Dn̄e de
us ſalutis mee in die clamaui
et nocte corā te. Sine ſeqn̄.

Infra ſeptuageſimam.
Ad te leuaui oculos Tract.
meos qui habitas in celis. ℣
Ecce ſicut oculi ſeruorū in ma
nib⁹ dñorū ſuorū. ℣ Et ſicut
oculi ancille in manib⁹ dñe ſue
℣ Ita oculi nr̄i ad dn̄m deū
noſtrū donec miſereat̄ nr̄i. ℣.
Miſerere nobis dñe miſerere
nobis Sc̄dm Lucam.
In. i. t. Cū iplēſſet iħs oīa
verba ſua in auribus ple
bis: intrauit capharnaū
Centurioīs autē cuiuſdā
ſeru⁹ male habēs erat mo
ritur⁹: q̄ illi erat p̄cioſus
Et cū audiſſet de iħu mi
ſit ad eū ſeniores iudeoꝝ
rogās eū vt veniret ⁊ ſal
uaret ſeruū ei⁹. At illi cū
veniſſet ad iheſum roga
bāt eū ſollicite dicētes ei.
Quia dign⁹ ē vt hoc illi
p̄ſtes Diligit eñ gentem
noſtrā ⁊ ſynagogam ip̄e
edificauit nobis Iheſus
aūt ibat cū illis. Et cū iā
nō longe eſſ; a domo: mi
ſit ad eum centurio ami
cos dicēs. Dñe noli vexa
ri. nō eñ dign⁹ ſū vt ſub
tectū meū itres. Propter
qđ ⁊ meipſū nō ſū dignū
arbitrat⁹ vt venirē ad te.
ſ; dic verbo ⁊ ſanabit̄ pu
er me⁹ Sine Credo niſi in
Miſerere dñica. Offer.
mihi dñe ſc̄dm magnā miſeri
cordiā tuā dele dñe iniquitatē
Deus ſub cu Secre. meā
ius nutibus vite nr̄e mo
mēta decurrūt: ſuſcipe p̄
ces ⁊ hoſtias pro famulo
tuo. N. egrotāte: pro quo
miſericordie tue iplora
mus auxiliū: vt de cuius
periculo metuim⁹: de ei⁹
ſalute letemur. P d. Pre
Redime fatio coti. Com.
me deus iſrael ex oībus angu
ſtiis meis Complenda.
Deus īfirmitatis huma
ne ſingulare preſidiū au
xilij tui ſup infirmū no
ſtrum oſtende virtutē: vt
ope miſericordie tue ad
iutus eccleſie tue ſācte ſa
nus repreſentari mereat̄.
Per dñm Benedicam⁹ dño
Pro infirmo q̄ p̄xim⁹ eſt
Omni morti Coll.
potēs ſempiterne de

us cõſeruator aīarū: qui
quos diligis corripis: et
quos recipis pie ad emē-
datione coherces: te ſup-
pliciter exoramus: ut me
delā aīe famuli tui. N. cõ
ferre digneris: ⁊ qui ī cor
pore patiť mēbroꝝ debi-
litatem: vim laboris: ſti-
mulos īfirmitatis. da ei
dñe grām tuā: ut in hora
exit' illi' de corpore abſqȝ
peccati macula tibi dato
ri ꝓprio p man' ſctōꝝ āge
loꝝ tuoꝝ aīa ei' repſenta
ri mereatur. Per dñm n.
Adesto domi Secreta.
ne pro tua pietate ſuppli-
catiōibus noſtris et ſuſ-
cipe hoſtiā quam tibi of-
ferim' p famulo tuo. N.
iacēte in grabato ſalutē.
nō ſolū corporis ſȝ ⁊ aīe pe-
tente. pſta ei ops de' īdul
gētiā oīm iniqtatū ſuaꝝ
ꝓpter imēſā miſericordiā
tuā. ut p ſȝ flagellū qđ ſu-
ſtinet a ſctis āgelis tuis
aīa eius ſuſcepta: ad tue
glorie regnū puenire me
Gratias Cōpt. reat Pđ.

agim' dñe refecti multi-
plicib' largitatib' tuis q̄
bus aīas ī te ſperātiū ſa-
tiare ꝯſueuiſti. nā et ꝯfiſi
de tua pietate pcamur ut
miſereri digneris famu-
lo tuo. N. ne pualeat ad-
uerſus eū aduerſari' ī ho
ra exit' illius de corpe. ſȝ
tranſitum mereatur ha-
bere ad vitam Per dñm.

Contra mortalitatem.

Recordare Introit'
dñe teſtamēti tui et dic
angelo pcutiēti ceſſet iā man'
tua ut nō deſoleť terra ⁊ ne p-
das oēm aīam viuā. Ps Qui
regis iſrael itēde qui deducis
velut ouē ioſeph. Glia pri do
Sine Gla in excel. Coll.
Deus q nō mortē ſȝ pe
nitētiam deſideras
pctōꝝ: pplm tuū qūs ad
te ꝯuerte ꝓpici': ut dū tibi
deuot' extiterit: iracūdie
tue ab eo flagella amoue
as Pđ. Lcō libri Regū
In dieb' illis Immiſit dñs
peſtilētiā ī iſrael de mane
uſqȝ ad tēp' conſtitutū: et
mortui ſūt de pplo a dan

uſqꝫ berſabee ſeptuagin-
ta milia virorū. Cūqꝫ ex-
tendiſſꝫ angelus dñi ma
nū ſuā ſup iſrael ut diſp-
deret eū: miſertus eſt dñs
ſup afflictionē ei⁹. Et an-
gelo pcutienti populū di
xit. Sufficit nūc: contine
manū tuā. Erat autē an-
gelus domini iuxta areā
areuna iebuſei. Dixitqꝫ
dauid ad dñm cū vidiſſꝫ
angelū cedētē populum.
Ego ſum qui peccaui: et
ego inique egi. Iſti qui
oues ſunt quid fecerunt?
Vertatur obſecro domie
ira tua ꝯtra me ⁊ ꝯtra do
mū p̄ris mei. Venit autē
gad propheta dñi ad da
uid in die illa: et dixit ei.
Aſcende ⁊ cōſtitue altare
dño in area areuna iebu
ſei. Et aſcendit dauid iux
ta ſermonē gad: quē p̄ce-
perat ei dñs. Cōſpiciēſqꝫ
areuna aīaduertit regē et
ſeruos eius tranſire ad ſe:
⁊ egreſſus adorauit regē
prono vultu ī terrā ⁊ ait.
Quid cauſe eſt ut veniat
dñs me⁹ rex ad ſeruū ſu-
um? Cui dauid ait. Vt
emā a te areā ⁊ edificē al-
tare dño: et ceſſet interfec-
tio q̄ graſſat̄ in pp̄lo. Et
ait areuna ad dauid. Ac
cipiat et offerat dñs me⁹
rex ſicut placet ei. Emit er
go dauid areā: ⁊ edifica-
uit ibi altare dño: ⁊ obtu
lit holocauſta ⁊ pacifica.
Et repropiciat⁹ ē dñs ter
re: et cohibita ē plaga ab
Miſit dñs ver Gr. iſrael
bū ſuū ⁊ ſanauit eos de iteritu
eoꝝ. ℣ Cōfiteant̄ dño miſeri-
cordie ei⁹ et mirabilia ei⁹ filiis
hominū. Alł'a. ℣ Sanabo
pplm in medio hieruſalē ⁊ ero
illi in deū in veritate ⁊ iuſticia
Sine Sequentia. Infra
ſeptuageſimā. Tractus
Ad te leuaui ocłos meos ut
ŝ in officio precedēte. vel
Trac. Dñe nō ſcd̄m peccata
ut ŝ die cineꝝ fo. xlij Euā
geł. Surgēs ih̄s de ſyna-
goga. ut ŝ feria. v. poſt
dñicam oculi fo. lxviij.
In illo Scd̄m Matheū.
tp̄e. Cū veniſſet iheſus in

domũ petri: vidit ſocrũ
eius iacentẽ et febricitan-
tẽ. Et tetigit manũ eius
⁊ dimiſit eã febris Et ſur
rexit: et miniſtrabat eis.
Veſpere aũt facto: obtu-
lerũt ei multos demonia
habentes Et eijciebat ſpi
ritus verbo: et oẽs male
habentes curauit. Vt ad
impleretur qđ dictũ eſt per
eſaiam ꝓphetã dicentem.
Ipſe infirmitates nr̃as
accepit: ⁊ egrotatiões por
tauit. Sine Credo niſi in
Stetit põtifex dñica. Off.
iuxta mortuos et viuẽtes ha-
bens thuribulũ aureũ in ma-
nu ſua et offerens incenſi ſacri
ficium dño: et ceſſauit plaga a
Subueniat Secre. pplo
nobis dñe q̃s ſacrificij p̃
ſentis oblatio: que ⁊ nos
ab vniuerſis erroribꝰ po
tenter abſoluat: et a totiꝰ
eripiat ꝑditiõis incurſu.
P do. Prefa. coti. Com.
Multitudo languentiũ ⁊ qui
vexabãt a ſpiritibus imũdis
veniebãt ad eũ quia virtus de
illo exibat et ſanabat omnes.

Quere nos dñe Cõpl.
q̃s tua ſancta ſumẽtes et
ab oĩbus ꝓpiciꝰ iniq̃tati-
bus defende. P d. Bñ. do.
Poſt miſſã dr Antiph.
Media vita in morte ſumus
quẽ querimus adiutorem niſi
te dñe qui ꝓ peccatis nr̃is iuſte
iraſceris ſãcte deꝰ ſãcte fortis
ſancte et miſericors ſaluator
amare morti ne tradas nos.
℣ Saluos fac ſeruos tuos et
ancillas tuas dñe Deꝰ meꝰ ſpe
rantes in te Coll. Deꝰ infir
mitatis hũane. vt ſ. i miſ
ſa ꝓ infirmo fol. p̃cedẽ.
Cõtra peſtilẽtiã aĩalium
Deus q̃ labori Coll.
bus hominũ etiam
de mutis aĩalibꝰ ſolatia
ſubrogaſti ſupplices te ro
gamꝰ vt ſine q̃bꝰ non aliter
hũana cõditio. nr̃is faci-
as vſibꝰ nõ perire. Per d.
Sacrificijs dñe Secre.
q̃s placatꝰ oblatis: opem
tuã nr̃is tp̃ibꝰ clemẽter i-
Bñdicti Cõpl. pẽde. P.
onẽ tuã dñe pp̃ls fidelis
accipiat: q̃ corpore ⁊ mẽte
ſaluatus ⁊ congrua tibi

exhibeat ſeruitutē ⁊ ꝓpici
ationis tue bñficia ſemꝑ
inueniat. P. Generalis
OMnipotens Colł.
ſempiterne de⁹ qui
viuorum dñaris ſimul ⁊
mortuorū: omniūq; mi-
ſereris quos tuos fide et
ope futuros eſſe ꝑnoſcis:
te ſuppliciter exoram⁹: ut
ꝓ quibus effundere p̄ces
decreuim⁹: quoſq; vel pre
ſens adhuc ſeculū in car-
ne retinet. vel futurū iam
exutos corpore ſuſcepit.
pietatis tue clemētia deli
ctoꝝ ſuorū omniū veniā
et gaudia cōſequi mereā-
tur eterna. P d. Secreta
Deus cui ſoli cognit⁹ eſt
numerus electoꝝ in ſuꝑ-
na felicitate locādus. re-
ſpice ꝓpicius ad munera
q̄ ſacram⁹ ⁊ tribue ut vni
uerſoꝝ quos in oratione
ꝯmēdatos ſuſcepim⁹ vel
omniū fideliū noīa bea-
te p̄deſtinatiōis liber aſ-
ſcripta retineat. P dñm.
Purificēt nos q̄s Cōpł.
oīpotēs ⁊ miſericors de⁹
ſacramēta q̄ ſumpſimus
et preſta: ut hoc tuū ſacra
mentū nō ſit nobis reat⁹
ad penā. ſed interceſſio ſa
lutaris ad veniā. ſit ab-
lutio ſceleꝝ. ſit fortitudo
fragilium: ſit ꝯtra mūdi
pericula firmamentū. ſit
viuoꝝ atq; mortuoꝝ fi-
deliū remiſſio omniū pec
catorū. P d. Itē generał
PIetate tua q̄- Colł.
ſum⁹ dñe nr̄orū ſol-
ue vincula omniū delic-
toꝝ: et intercedente beata
dei genitrice ſemꝑ virgi-
ne maria cū oībus ſāctis
tuis: dñm apoſtolicū re-
gem ⁊ antiſtitē noſtꝝ ſeu
cūctas ꝯgregatiōes illis
ꝯmiſſas. ⁊ nos famulos
tuos atq; locū noſtrū in
oī ſanctitate et religione
cuſtodi. oēſq; affinitate ⁊
familiaritate nobis con
iunctos a vicijs purga:
virtutibus illuſtra. pacē
⁊ ſalutē nobis tribue: ho
ſtes viſibiles ⁊ īuiſibiles
remoue. aeris tēperiē in-
dulge. fruges terre ꝯcede

carnalia deſideria repel-
le. inimicis nr̄is ⁊ nobis
verā charitatē largire in-
credulos ꝯuerte: errātes
corrige. vinctis abſoluti
onē. peregrinātibꝰ reditū
infirmātibꝰ ſanitatē. na-
uigātibꝰ portū ſalutis ī-
dulgeas. ī p̄ſenti tribula
tiōe ⁊ anguſtia nobis rex
xp̄e clementer ſuccurre. a
morte ſubitanea nos ꝓ-
tege. in bonis operibus
fac perſeuerare. et omni-
bus fidelibus viuis ⁊ de
functis. in terra viuenti-
um vitā pariter et requi-
em eternā ꝯcede ꝑ dn̄m.
Deꝰ q̄ ſingulari Secre.
corporis tui hoſtia totiꝰ
mūdi ſoluiſti delicta: hac
oblatiōe placatus macu
las ſceleꝝ nr̄oꝝ abſterge
et oīm xp̄ianoꝝ viuoꝝ et
mortuorū pctā dimitte.
nobiſq3 premia vite eter-
ne ꝯcede. Qui. Compl.
Sūpta q̄s dn̄e celeſtia ſa
cramēta: oīa crimina no
ſtra detergāt: oēmq3 pra
uitatē ⁊ infirmitatem ſeu
hoſticā rabiē atq3 ſubita
neā mortē meritis iſtorū
et omniū ſctoꝝ a nobis
ꝓcul repellant: ⁊ oībus fi
delibus viuis ⁊ defūctis
ꝓſint ad veniā ꝑ quoꝝ ti
bi ſūt oblata ſalute. ꝑ d.
Miſſa ſup ſpōſū ⁊ ſpōſā.
Benedicta ſit ſancta tri-
nitas atq3 indiuiſa vni
tas. cōfitemini ei quia fecit no
biſcū miſericordiā ſuam. pſ.
Benedicamus patrē ⁊ filium
cū ſanctoſpiritu Gl'a pri ⁊c.
dicit Gl'a in excel. Oratio
Exaudi nos oīpotēs
et miſericors deꝰ: vt
qđ noſtro miniſtratᷣ of-
ficio tua benedictiōe po-
tius impleatur. ꝑ dn̄m.
Ad Corinthios.
Fratres. Neſcitis q̄-
niam corpora veſtra mē
bra ſunt chriſti? Tollēs
ergo membra chriſti fa-
ciam mēbra meretricis?
Abſit. An neſcitis quo-
niā qui adheret meretrici
vnū corpꝰ efficitᷣ? Erūt ī-
q̄t duo in carne vna. Qui
aūt adheret domino vnus

ſpiritus eſt. Fugite forni
cationē. Omne eñ q̄d cū-
q; peccatū homo egerit:
extra corpus eſt. Qui au
tem fornicaꝛ: in corpus
ſuum peccat An neſcitis
qm̄ mēbra vr̄a tēplū ſūt
ſpūſſancti: qui in vobis
eſt. quem habetis a deo: ⁊
nō eſtis veſtri. Empti eñ
eſtis precio magno: glo-
rificate et portate deū in
corpore veſtro. Alia epi
ſtola. Ad Corinthios.
FRatres. De virgini
bus preceptum dñi
non habeo. ꝯſiliū autem
do tanq̄ miſericordiā cō
ſecutus a deo vt ſim fide
lis. Exiſtimo ergo h̄ bo-
nū eſſe ꝑpter inſtantē ne-
ceſſitatē. quoniā bonum
eſt homini ſic eſſe Alliga
tus es vxori: noli quere-
re ſolutionē. Solutus es
ab vxore: noli querere vx
orem. Si autē acceperis
vxorem non peccaſti. et ſi
nupſerit virgo nō peccat
Benedictus es dñe Grad.
qui intueris abyſſos et ſedes
ſuper cherubin. ℣ Benedic-
tus es ī throno regni tui ⁊ lau
dabilis ī ſecula. All'a. ℣ Be
nedictus es dñe deus patrum
noſtrorū et laudabilis ī ſecula
Seqū. Bn̄dicta ſemꝑ ſctā.
vt s̄ de ſctā trini. fo. clxxij
IN illo Scd̄m Matheū.
tēpore. Exurgēs dn̄s ihe
ſus venit ī fines iudee vl-
tra iordanē: et ſecuta eſt
eum turba multa: ⁊ cura
uit eos ibi. Et acceſſerūt
ad eum phariſei tēptan-
tes eum ⁊ dicētes. Si lic;
homini dimittere vxorē
ſuam quacūq; ex cauſa?
At ille reſpondēs ait eis
Non legiſtis: q; qui fecit
hominē ab initio: maſcu
lum ⁊ feminā creauit eos
Et dixit eis. Propter hoc
dimittet homo patrem ⁊
matrē: ⁊ adherebit vxori
ſue. Et erūt duo in carne
vna. Itaq; iam nō ſunt
duo: ſed vna caro. Quos
ergo deus ꝯiūxit hō non
ſeparet. Credo dr̄. Offer.
Benedictus ſit de⁹ pater vni
genitusq; dei filius: ſāct⁹ quo-

qꝫ ſpiritus quia fecit nobiſcũ
miſericordiã ſuã. Secreta.
Suſcipe q̃ſumus dñe ꝓ
ſacra cõnubij lege mun⁹
oblatũ: et cuius es operis
inſtitutor eſto diſpoſitor.
P do. Prefatio de ſancta
trinitate. Qui cũ unigenito
Benedicite deum celi Com̃.
et corã oĩbus viuentibus con
fitemini ei. quia fecit nobiſcũ
miſericordiã ſuã Complẽ.
Queſumus omnipotẽs
deus inſtituta ꝓuidentie
tue pio amore comitare:
ut quos legitima ſocieta
te cõnectis. longeua pace
cuſtodias. P do. Ite miſ.
Statim poſt Placeat ſe
quitur bñdictio ſup anu
lum ꝑs.
Manda de⁹
virtuti tue. ꝯfirma
deus hoc qđ operatus es
in nobis. A templo tuo
in hieruſalẽ: tibi offerent
reges munera. Increpa
feras arũdinis: ꝯgrega-
tio taurorũ in vaccis po
pulorũ: ut excludant eos
qui probati ſunt argẽto
Gloria patri et fi Oro

Benedic dñe anulum
hunc quẽ nos in tuo
nomine benediximus ut
qui eũ portauerit in tua
pace cõſiſtat: et in tua vo
luntate permaneat. et in
amore tuo viuat creſcat
et ſeneſcat et multiplicet
in longitudine dierũ. P
chriſtũ. Alia Oratio.
Creator et conſerua
tor hũani generis.
dator gratie ſpiritualis
largitor ſalutis eterne tu
dñe mitte ſpiritũ ſactum
tuũ paraclitum ſup hũc
anulum: ut armatus vir
tute celeſtis benedictiõis
illi proficiat ad eternam
ſalutem. Per chriſtũ Be
nedictio ſup ſponſum et
ſponſam ꝑs.
Beati omnes qui timẽt do
minũ q̃ ambulãt in viis
eius. Labores manuũ
tuarum quia manduca-
bis beatus es et bene tibi
erit Uxor tua ſicut vitis
abundans: in lateribus
domus tue. Filij tui ſi-
cut nouelle oliuarũ in cir

cuitu menſe tue. Ecce ſic
benedicetur homo qui ti
met dñm. Benedicat ti-
bi dñs ex ſyon: et videas
bona hieruſalē om̄ibus
diebus vite tue. Et vide-
as filios filioꝝ tuoꝝ: pa
cem ſuper iſrael. Gloria
prī. Kyrie eleiſon Chri-
ſte eleiſon. Kyrie eleiſon
Pater noſter Et ne nos
inducas. ℣ Saluū fac ſer-
uū tuū et ancillā tuā dñe. De-
us me⁹ ſperantes in te. ℣ Do
mine exaudi orationē meam.
Et clamor me⁹ ad te Orem⁹.
Deus abra Oratio
ham deus yſaac de
us iacob ſit ſemꝑ vobiſ-
cum. ipſeqȝ vos ꝯiungat
et impleat bn̄dictionem
ſuam in vobis P chriſtū
Reſpice Alia oratio
dñe de celo ſacto tuo
ſuper hanc ꝯiūctionē: ⁊ ſi
cut miſiſti ſanctū angelū
tuū raphaelem tobie ⁊ ſa
re filie raguelis. ita dig-
neris dñe mittere benedi
ctionem tuam ſuꝑ iſtos
adoleſcētes. ut in tua vo-
lūtate ꝑmaneant: et ī tua
ſecuritate conſiſtant. et in
amore tuo viuant ⁊ ſeneſ
cant et multiplicentur in
lōgitudine dierū. P chri.
Bene ✠ dic Alia orō
domine adoleſcen-
tulos iſtos et ſemina ſe-
men vite eterne in menti-
bus eorum: ut quicquid
ꝑ utilitate didicerint hoc
ſemꝑ ꝑficere et adimple-
re mereant̄. per ihm̄ chri-
ſtum recuperatorē omni
um filiū tuū unigenitū.
Qui tecū viuit et regnat
in unitate ſpūſancti de⁹
Per. Item deprecatio
Benedicat ⁊ cuſtodi-
at vos de⁹ pater oſtē
datqȝ faciem ſuam in vo
bis et miſereat̄ veſtri: cō-
uertat vultū ſuū ad vos
et det vobis pacē. imple-
atqȝ chriſtus omni bene-
dictione ſpūali corda et
corpora veſtra in remiſſi
onem omniū peccatorū:
ut habeatis vitam eter-
nam et viuatis in ſecula
ſeculorum. Amen Orō.

Reſpice domine ſuꝑ
hos fideles tuos vt
in tuo noīe bñdictionē ce-
leſtē accipiāt ⁊ filios fili-
orū ſuoꝝ vſqꝫ in terciam
vel in quartā ꝓgeniē vi-
deant ⁊ in tua ſemꝑ fide-
litate ꝑſeuerent ac in futu
ro celeſtia regna ꝑcipiāt.
Per xpm. Alia orō
Quēſ dñe bñdictio-
nē tuā ſuꝑ hūc famulum
tuū ⁊ famulā tuā ꝓpicius
vt tibi ſubditi fiant atqꝫ
iugiter deſeruiāt. P chri.
Omni- Deprecatio
potēs ſēpiterne deꝰ
qui primos parentes no
ſtros adam ⁊ euā ſua vir
tute copulauit eoſqꝫ ſua
bñdictiōe ſanctificauit ⁊
ſancta ſocietate coniuga
uit: ipſe corda ⁊ corpa ve-
ſtra ſanctificet ⁊ bñdicat:
atqꝫ in ſocietate et amore
vere dilectiōis coniūgat
P do. Benedicti ſitis a
dño qui creauit mūdū ex
nihilo. Qui i trinitate ꝑ-
fecta viuit ⁊ regnat deus
P oīa ſecl'a ſeculoꝝ Amē

Euāgeliū In principio
erat verbū ⁊c. Sit nomē
dñi bñdictū. Ex hoc nūc
et vſqꝫ in ſeculū Adiuto
riū noſtꝝ in nomine dñi
Qui fecit celū ⁊ terrā. Be
nedicat vos diuina ma-
ieſtas pater ⁊ filius ⁊ ſpi-
ritusſanctus Amen. Be
nedictio pere ⁊ baculi pe-
regrinatiōes facere volē
Domine ihū xpe tiū
fili dei viui qui rec-
to incedētibus itinere pi
us es adiutor te ſupplices
exoramus: vt hanc perā
et hūc baculum tua bene
dictione cōſecra ✠ re dig
neris: et preſta vt famu-
lus tuus. N. qui hanc pe
ram in humeris ſuis ſuſ
penderit ⁊ baculū in ma-
nibus portauerit ope tue
benedictionis ſubleuet ⁊
hic ⁊ vbiqꝫ tue defenſiōis
auxilio muniatur. Qui
viuis et regnas cum deo
patre in vnitate ſpiritus
ſancti deus P. Dic hos
pſalmos Qui habitat i.
pſ. Ad te dñe leuaui ocu

los. Canticũ Nũc dimit
tis ſeruũ. Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon Kyriel'.
Pater nr̃. Preces Saluũ
fac ſeruũ tuũ Deus me' ſperã-
tem in te. ℣ Mitte ei auxiliũ
de ſancto. Et de ſion tuere eũ.
Angelis ſuis deus mãdauit
de te. Ut cuſtodiãt te in oĩbus
viis tuis. Perfice greſſus ei'
in ſemitis tuis. Ut nõ mouẽ
tur veſtigia eius. Uias tuas
dñe demonſtra ei. Et ſemitas
tuas edoce eũ. Nihil profici-
at inimicus in eo. Et filius ini
quitatis non apponat nocere
ei. Eſto ei dñe turris fortitu
dinis. A facie inimici. Dñe ex
audi orationẽ meã Et clamor
me' ad te veniat Oremus.
Exaudi dñe Oratio
preces noſtras ⁊ iter
famuli tui. N. ꝓpicius co
mitare atq; miſericordiã
tuam ſicut vbiq; es. ita ei
vbiq; largire: quatin' ab
oĩbus aduerſitatib' tua
opitulatiõe defenſus de-
ſideriorũ iuſtorũ potiat'
effectibus. P do. Alia.
Deus qui diligentibus

te miſericordiã tuam ſem
ꝑ impẽdis et a ſeruiẽtib'
tibi in nulla es regiõe lõ
ginquus dirige viam fa
muli tui. N. in voluntate
tua. vt te protegente et te
ducente per iuſticie ſemi-
tas ſine offenſione gradi
atur. P d. Sup redeũtes
Saluũ fac ſeruũ preces
tuũ. Deus meus ſperan
tem in te ℣ Conuertere domi
ne vſq; quo. Et deprecabilis
eſto ſuper ſeruũ tuũ. ℣ Ecce
ꝙ bonũ et ꝙ iocũdum. Habi-
tare fratres in vnum. ℣ Be
nedictus qui venit in nomine
dñi. Deus dominus et illuxit
nobis. ℣ Exurge domĩe ad
iuua nos. Et libera nos pro-
pter nomen tuũ. Oremus.
Queſumus Oratio
omnipotẽs deus vt
huic famulo tuo. N. quẽ
ad nos incolumẽ de via
redire feciſti quicquid il-
lic ĩpediẽte humana fra-
gilitate deliquit tu propi
cius dimittas Per domi
nũ noſtꝝ iheſum chriſtũ
Pro humilitate Collec.

DEus qui ſupbis re-
ſiſtis et gratiā pre-
ſtas humilibus. auge in
nob̄ vere humilitatis vir
tutem cuius in ſe formā
fidelibus unigenitus tu
us exhibuit: vt nunq̄ in-
dignationem tuam pro
uocemus elati: ſed ꝓpicia
tionis tue capiamus do
na ſubiecti. P do. Secre.
Hec oblatio domine de-
us nobis remiſſionē om
niū peccatorū et vere hu-
militatis obtineat grati
am. ſimulq̄ʒ vt a cordib᷑
noſtris ꝯcupiſcentiā car
nis ⁊ oculorū atq̄ʒ ambi
tionē ſeculi auferas: qua
tinus coram te ſobrie iu-
ſte pieq̄ʒ viuentes p̄mia
conſequamur eterna. P
dn̄m noſtrū Cōplenda
Huius domine ſacramē
ti perceptio peccatorū no
ſtrorum maculas tergat
et nos per humilitatis ex
hibitionē ad celeſtia reg-
na perducat. P dominū.
Pro patiētia Coll.
DEus q̄ vnigeniti tui
patientia antiqui hoſtis
contriuiſti ſupbiā da no
bis que idem pie pro no-
bis pertulit digne recole
re: ſicq̄ʒ exemplo eius om
nia nob̄ aduerſantia eq̄-
nimiter tolerare. P eūdē
Munera noſtre Secre.
oblatiōis queſumus do
mine placatus ſuſcipe: q̄
vt nobis patientie bonū
condonare digneris ma
ieſtati tue deuota offeri-
mus actione. Per dn̄m.
Sacroſancta Cōplenda
domine ſumentes miſte-
ria amiſſam q̄ſumus do
mine reconcilient gratiā
atq̄ʒ munus patientie in
illatis omnibus ſemper
et vbiq̄ʒ protegēdo ipar-
ciant. Per do. Contra p
ſecutores ⁊ male agentes
HOſtium Collecta.
noſtrorū queſumus
domine elide ſuperbiam
et eorū contumaciā dex-
tre tue virtute proſterne.
Per dn̄m noſtrū Secre.
Huius queſumus domi
ne virtute miſterij: et a p-

prijs mundemur occul-
tis: et ab inimicorũ libe-
remur inſidijs. Per do.
Protector no- Cõplen.
ſter aſpice deus. et ab ini-
micorũ nos defende pe-
riculis. ut omni turba-
tione ſemota: liberis tibi
mentibus ſeruiamus. P
dñm noſtrũ. Pro defũc
tis a feſto paſche uſqz ad
penthecoſten Introit.
Si enĩ credim⁹ q̄ ihe
ſus mortuus eſt ⁊ re
ſurrexit ita ⁊ de⁹ eos
qui dormierũt per iheſũ ad-
ducet cũ eo. ℣ Et ſicut in adã
omnes moriũtur ita et in chri
ſto omnes uiuificabuntur. ℣
Requiẽ eternã dona eis domi
ne et lux perpetua luceat eis.
Sine Glia pri. repetit in-
troitus Si enĩ. kyriel. ut ſ:
Sine Glia in excel. Collec.
Reqre infra. Epiſtolam
Reqre infra unã de trib⁹
ultimis. ſcilz Nolumus
uos ignorare de. folio.
cclxxxi. Aut Si chriſtus
predicatur. fol. cclxxxiij.
Vel Ecce miſterium uo-
bis dico: omnes quidem
reſur. fol. cclxxxij. Gra.
Requiem eternam dona eis
domine et lux perpetua luceat
eis. ℣ Anime eorum in bo-
nis demorentur et ſemen eo-
rum hereditet terram. Sine
Alla ſ: ſemp Tractus
De profundis clamaui ad te
domine: domine exaudi vocẽ
meam. ℣ Fiant aures tue in
tendentes in orationem ſerui
tui. ℣ Si iniquitates obſer-
uaueris domine: domie quis
ſuſtinebit. ℣ Quia apud te p
piciatio eſt et propter legẽ tuã
ſuſtinui te domine. Euãge-
liũ Req. infra unũ de his
tribus. ſcz Omne qd dat
michi pater. fol. cclxxxiij
Aut Dixit martha ad
iheſum. fol. cclxxxi. Vel
Sicut enim pat ſuſcitat
mortuos. fo. cclxxxij. Nõ
dicit Credo etiam ſi fuerit
dominica Offertoriũ
O pie deus qui primũ homi
nem ad eternam gloriã reuo-
caſti. paſtor bone qui ouem p-
ditã pio humero ad ouile re-
portaſti. iuſte iudex libera de

te aīas eorū quos redemiſti.
℣ Ne tradas beſtiis aīas cō-
fitentes tibi ne derelinq̄s eas
in finē ℣ Dn̄e iheſu xp̄e iudex
mortuorū viua ſpes mortali-
um qui moriēs moriētiū con-
doluiſti interitu: ne intres ī iu-
diciū cum ſeruis ꝛ ancillis tuis
ſed eis requiē ne dānent̄ cū im
piis in aduētu tui diſtricti iudi
cii. cōcedere digneris Item
Erue dn̄e aīas eoꝝ Offer.
de morte et proiice poſt tergū
tuū oīa peccata eorū. quia nō
infern⁹ cōfitebit̄ tibi nec mors
laudabit te ℣ Tuā de⁹ depoſci
mus pietatē vt eis tribuere di
gneris lucidas et quietas mā-
ſiones. Repetitio. Quia nō
infernus confitebitur tibi nec
mors laudabit te. Prefatio
cotidiana dicitur ſemp.
Lux eterna luceat Com̄.
eis domine cum ſāctis tuis in
eternū quia pius es Requi-
em eternā dona eis domine
et lux perpetua luceat eis
Repetitio :- Cum ſāctis
tuis in eternū quia pius
es Item alia miſſa pro
fidelibus defunctis :-

REquiē eternā do
na eis domine: et
lux perpetua lu-
ceat eis ps Mi-
ſerere mei deus miſerere mei:
quoniā in te cōfidit aīa mea.
Sine Gl'a p̄ri. Repetit̄ in-
troit⁹ Requiem. kyriel. ꝛc
Or. Sine Gl'a in ex. Tpe exe
ADeſto quia ꝑ Coll.
dn̄e q̄s ꝓpicius aīe fa
muli tui. N. cui ī die depo
ſitiōis ſue officium ꝯme-
moratiōis īpēdim⁹. vt ſi
qua eū ſecularis macula
inuaſit aut vitiū mūdia
le infecit dono tue pieta-
tis indulgeas et abſter-
gas. P. Secūda coll. pro
parentibus. vel ad placi
tū. Tercia Fideliū. cum
Secre. ꝛ Cōpl. ſuis. Si ta
men aliquis voluerit le-
gere coll. de aliquo feſto
aut ſancto illam legat ſe-
cūdo loco Prima enī et
vltima coll. in officio defūc
toꝝ erūt de defunctis Si
cut in officio de tēpe vel
ſctis. prima et vltima coll.
erūt de tēpore vel ſctis et in

medio illarũ poteſt legi colł. pro defũctis una tm̃ uł plures. Epłam reqre ĩ Si ambulem in me Grad. dio umbre mortis nõ timebo mala quoniã tu mecũ es dñe.

Virga tua ꝛ baculus tu' ip ſa me cõſolata ſunt. Nõ dr Allła neqꝫ Seqñ. ſed ſem Sicut ceru' deſi ꝑ dr Trac. derat ad fontes aquaꝝ ita de ſiderat aĩa mea ad te deus ℣ Sitiuit aĩa mea ad deũ uiuũ qñ ueniã et apparebo ante fa ciem dei mei. ℣ Fuerũt michi lachrime mee panes die ac no cte dũ dicif mihi ꝑ ſingulos di es ubi eſt deus tu'. Euãgeł. reqre infra. Nõ dr Credo etiã ſi fuerit dñica Off. Dñe ihẽſu chriſte rex glorie li bera animas omniũ fidelium defunctorũ de manu inferni ꝛ de profũdo lacu libera eas de ore leonis: ne abſorbeat eas tartarus: ne cadant in obſcu ra ſed ſignifer ſanct' michael repreſentet eas in lucẽ ſanctã Quã olĩ abraã pmiſiſti et ſe mini eius ℣ hoſtias ꝛ ac pre ces tibi dñe offerim' tu ſuſcipe pro aĩabus illis quarũ hodie memoriã agimus fac eas dñe de morte trãſire ad uitam. ℣. Requiem eternã dona eis do mine ꝛ lux perpetua luceat eis ℣ Redemptor animarũ om niũ chriſtianorũ mitte archã gelũ ſanctũ michaelem ut ille dignef eas eripere de regioni bus tenebrarũ ꝛ perducat eas in ſinũ abrae in lucẽ ſempiter nam. ℣ In ſpiritu humilita tis et in animo contrito ſuſci piamur dñe a te et ſic fiat ſacri ficiũ noſtrũ: ut a te ſuſcipiatur hodie ꝛ placeat tibi dñe deus. Adeſto dñe ſup Secre. plicatiõib' noſtris: ꝛ hãc oblationẽ quã tibi offeri mus ob diẽ depoſitiõis ꝓ aĩa famuli tui .N. pla catus ac benign' aſſume Per. Prefa. cotid. dr ſem per. Sed oratio ad pacẽ non dr neqꝫ oſculũ pacis Abſolue dñe Coꝯ. aĩas eorũ ab omni uinculo de lictorũ. ut in reſurrectiõis glo ria inter ſanctos tuos reſuſci tati reſpirent ℣ Requiẽ eter nã dona eis dñe et lux perpe

tua luceat eis. Repetitio Ut
in resurrectionis gloria inter
sctōs tuos resuscitati respirēt.
Omnipotēs Cōplēda.
sempiterne de⁹. collocare
dignare spiritū ꝛ animā
famuli tui. N. cui⁹ diē de
positiōis celebram⁹ in si-
nib⁹ abrae ysaac ꝛ iacob
ut cū dies agnitionis tue
aduenerit. inter sāctos et
electos tuos eū resuscita-
ri p̄cipias. P. Requiescant
in pace. Or. semp In cōme
moratiōe obit⁹. uni⁹. iii.
vij. xxx. dierū Coll.
Quesumus dn̄e ut fa
mulo tuo. N. cui⁹ obitus
sui terciū. septimū. vel tri
cesimū diē cōmemoram⁹
sanctoꝝ atqꝫ electoꝝ tuo
rū largiri digneris con-
sortiū: ꝛ rorem misericor
die tue p̄hēnē infūdas. P.
Adesto dn̄e sup Secre.
plicatiōib⁹ nr̄is: ꝛ hāc ob
lationē quam tibi offeri-
mus ob diē depositiōis
terciū. septimū. tricesimū
pro aīa famuli tui. N. pla
catus ac benign⁹ assume p.

Omnipotēs sem Cōpl.
piterne de⁹ collocare dig
nare spiritū et animā fa-
muli tui. N. cui⁹ diē depo
sitiōis. terciū. septimū. tri
cesimū. celebram⁹. in sini
bus abrae ysaac ꝛ iacob:
ut cū dies agnitionis tue
aduenerit. iter sctōs ꝛ elec
tos tuos eū resuscitari p̄-
cipias. P. In ꝯmemora
tiōe obit⁹ plurimorū de-
functoꝝ vel septimo vel tri
Quesu cesimo Coll.
mus dn̄e ut fidelibus
tuis. quoꝝ primū vel sep
timū vel tricesimū obit⁹
sui diē ꝯmemoram⁹. san
ctorū atqꝫ electoꝝ tuorū
largiri digneris cōsorci-
um. ꝛ rorem misericordie
perhennis infundas. P.
Adesto dn̄e sup Secre.
plicatiōib⁹ nostris. ꝛ hāc
oblationē quā tibi offeri
mus ob diem depositio-
nis primū. vel septimum
vel tricesimū p animab⁹
fideliū tuoꝝ placatus ac
benignus assume p. Copl.
Omnipotēs sempiterne de⁹

collocare dignare aĩas fi
deliũ tuoꝝ quoꝝ depoſi-
tionis diē primũ vel ſep-
timũ vel triceſimum cele
bram⁹. in ſinibus abrae
yſaac et iacob: ut cũ dies
agnitiõis tue aduenerit
inter ſanctos ꝛ electos tu
os eos reſuſcitari precipi
as. P dñm. In anniuer
ſario unius Coll.

Deus indulgentiaꝝ
dñe da famulo tuo N. cu
ius anniuerſariũ depoſi
tiõis diem ꝯmemoram⁹
refrigerij ſedē quietis be-
atitudinē. luminis clari
tatē. Per dñm. Secreta.

Propiciare dñe ſupplica
tionib⁹ nr̃is. ꝑ aĩa famu
li tui. N. cui⁹ hodie dies
ãnua agit̃. ꝑ qua tibi of-
ferim⁹ hoc ſacrificiũ lau-
dis: ut eã ſctõꝝ tuoꝝ ꝯſor
tio ſociare digneris Per.

Suſcipe dñe p̃ces Cõpl.
nr̃as ꝑ aĩa famuli tui. N.
cuius hodie dies annua
agit̃. ut ſi q̃ ei macule de
terrenis ꝯtagijs adheſe-
rũt remiſſiõis tue miſeri
cordia deleant̃. P d. In
ãniuerſario pluriũ Coll.

Deus indulgentiaꝝ
dñe. da fidelib⁹ tuis
quorũ anniuerſariũ de-
poſitiõis diem cõmemo-
ramus. refrigerij ſedē. q-
etis beatitudinem. lumi-
nis claritatē. P. Secreta

Propiciare dñe ſupplica
tionib⁹ noſtris ꝑ aĩab⁹ fi
deliũ tuoꝝ. quorũ hodie
dies annua agit̃. pro qui
bus tibi offerimus ſacri
ficiũ laudis: ut eos ſanc-
torũ tuorũ cõſortio ſoci-
are digneris. P d. Cõpl.

Suſcipe domīe p̃ces no-
ſtras pro aĩabus fideliũ
tuorũ quorũ anniuerſa-
rium depoſitiõis diē ho-
die celebramus: ut ſi que
eis macule de terrenis cõ
tagijs adheſerũt. remiſſi
onis tue miſericordia de
leant̃. P d. Pro uno epõ
defũcto Coll.

Preſta q̃s dñe. ut aĩa famu-
li tui. N. epiſcopi quē in hꝫ
ſeculo cõmorantē ſacris
munerib⁹ decoraſti. in ce

leſti ſede glorioſa ſemper
exultet. P do. Secreta.
Suſcipe dñe q̄s hoſtias
pro aīa famuli tui. N. epi
ut cui pōtificale donaſti
meritū. dones ꝛ premiū.
P dñm no. Compleñ.
Preſta q̄s oipotēs deꝰ ut
aīam famuli tui N epi i
ꝯgregatiōe iuſtoꝝ eterne
beatitudinis iubeas eſſe
ꝯſortē. Per do. Pro plu-
ribus epis vel papa
Deus q̄ inter aplicos
ſacerdotes. famulos tu-
os N epos pontificali fe
ciſti dignitate vigere. pre
ſta q̄s: ut quoꝝ vicem ad
horā gerebāt in terris: eo
rū quoqꝫ perpetuo cōſortio
aggregetur in celis. P dñm.
Suſcipe q̄s dñe pro Secreta.
aīabus famuloꝝ tuoꝝ. N.
epoꝝ quas offerimus hoſ
tias: ut quibus pōtificale
dediſti meritū. dones et p̄
miū Per dñm. Complen.
Propiciare dñe ſupplicati
onibus nr̄is: et animas
famuloꝝ tuoꝝ. N. epoꝝ.
in regione vivorum eter

nis gaudijs iubeas ſoci
ari. Per do. Pro uno ſa
cerdote Collecta.
Beate dei genitricis
ſemperqꝫ virginis marie
et omniū ſanctorum tuo
rum q̄ſumus domine in
terceſſione nos exaudi. et
aīam famuli tui N ſacer
dotis: ſanctoꝝ tuorū iū-
ge ꝯſortijs. P d. Secre.
Suſcipe q̄ſumus dñe ho
ſtias placatiōis ꝛ laudis
q̄s in honore ſcē virgi
nis marie et omniū ſanc
toꝝ tuoꝝ nomini tuo cō
ſecrādas deferimus. et p
reqe famuli tui ſacerdo-
tis ſupplicit' imolamꝰ. P
Aſcendat ad te dñe Comp.
preces noſtre et aīa famuli
tui ſacerdotis gaudia eterna
ſuſcipiat: ut que feciſti ad-
optionis participē: iubeas
hereditatis tue eſſe conſorte.
Per d. Alia pro uno ſacerd.
Concede q̄s omps deus aīe
famuli tui. N. ſacerdotis
lucis eterne cōſortiū. cui
donaſti ſacri altaris tui
cōſequi miniſteriū P dñm

Muneribus tibi Secre.
dñe dicādis aīam famu-
li tui. N. ſacerdotis ab oī
labe humane cōditionis
abſolue: quib⁹ toti⁹ mun
di deleuiſti pctā. P dñm
Queſumus oīpo Cōpl.
tens deus: ut aīa famuli
tui. N. ſacerdotis celeſtis
glorie premia conſequat
cui ſpiritalis gratie mu-
nera contuliſti. Per do.
Pro plurib⁹ ſacerdotib⁹
Omnipotens Coll.
ſempiterne de⁹ cui nū
quā ſine ſpe miſericordie
ſupplicatur. ꝓpiciare ani-
mabus famulorū tuorū
N. ſacerdotum: ut qui de
hac vita in tui nōis ꝯfeſ-
ſione deceſſerūt: ſanctoꝝ
tuoꝝ numero eos facias
aggregari. Per dñ Secre.
Propiciare dñe q̄s ani-
mabus famulorū tuoꝝ
N. ſacerdotū pro quib⁹ ti
bi hoſtiā placationis of
ferimus: et quia in hac lu
ce in fide ꝑmāſerūt catho
lica: in futura vita ei⁹ re-
tributio cōdonet. P do.

Preſta q̄s⁹ Cōplen.
oīpotēs deus: ut aīas fa-
mulorū tuorū. N. ſacer-
dotum ab angelis lucis
ſuſceptas ī pparata habi
tacula deduci facias be-
atorum Per dñm. Pro
patre ꝛ matre Collecta.
Deus qui nos patrē
et matrem honora-
re p̄cepiſti: miſerere clemē
ter aīabus patris et ma-
tris mee. eorūq; peccata
dimitte: meq; eos in eter-
ne claritatis gaudijs fac
videre. Per do. Secreta
Suſcipe ſacrificium do-
mine qd tibi pro anima-
bus patris ꝛ matris mee
offero. eiſq; gaudiū ſem-
piternū in regione viuo-
rum tribue: meq; cū eis fe
licitati ſanctoꝝ coniūge.
Per dñm Complēda.
Celeſtis participatio do
mine ſacramēti aīab⁹ pa
tris et matris mee requiē
et lucē obtineat perpetuā
meq; cū illis gratia tua
coronet eterna. P dñm.
Pro viro defuncto Coll.

Omnipotēs et miſericors de⁹ ſalus omniū ⁊ reſurrectio mortuorū: pietatē tuā ſupplices deprecamur: ut aīam famuli tui N. imaculatam ad vitā eternā perducere digneris. Per d. Secre.

Hoſtias pro aīa famuli tui. N. dñe ſuppliciter immolamus tuā miſericordiā deprecantes: ut quicquid humana ꝯverſatione cōtraxit clementer abſoluas et in requiē ſempiternā tua miſeratione cōſtituas. P do. Compl.

Da veniā dñe deus ꝑ hec ſancta miſteria anime famuli tui N. ut occurſu nō terreatur malo ſed ſemper tuo protegatur auxilio P.

Pro pluribus defunctis

Deus cui ꝓpriū eſt miſereri et preces exaudire ſupplicantiū ꝓpiciare animabꝫ famuloꝝ tuoꝝ N. ut te miſerante peccatorū vinculis abſolute ad eterne beatitudinis requiem ꝑuenire mereātur P.

His q̄ſum⁹ dñe Secre. placat⁹ intēde munerib⁹ et qđ ad laudem tui nōis ſupplicantes offerim⁹ ad indulgentiā proficiat defunctorū. P do. Cōpl.

Diuina libantes ſacramēta ꝯcede q̄ſumus omnipotens deus ut hec miſteria nobis ꝓficiant ad ſalutē: et animabus pro quib⁹ tuā deꝓcamur clementiā proſint ad indulgentiā. P d. Pro femina defuncta Collecta.

Queſumus dñe ꝓ tua pietate miſerere anime famule tue. N. atqꝫ a contagijs mortalitatis exutā in eterne ſaluatiōis partem reſtitue Per d. Secrē

His ſacrificiis queſum⁹ domine aīa famule tue N. a peccatis omnibus exuatur: ſine quibus a culpa nemo liber exiſtit ut per hec pie placationis officia perpetuam miſericordiam conſequatur Per d. dnm nrm. Complenda:

Inueniat qs dne aīa

famule tue. N. lucis eter-
ne ꝯſortiū: cuius tua lar
giēte clemētia ꝑpetuū cō
ſecuta eſt ſacramētū. P d.
Pro plib⁹ feminis Coll.
Deus cui ſoli compe
tit medicinā pſtare
poſt mortē: preſta qſum⁹
ut aīe famularū tuaꝝ. N
terrenis exute ꝯtagijs in
tue redēptionis parte nu
merent. P do. Secreta.
Suſcipe clemētiſſime pa
ter ꝓ cōmemoratione fa-
mularū tuarū. N. hoſtiā
placationis et laudis: ut
ſacrificij preſentis obla-
tio ad refrigeriū aīarum
earū ⁊ gaudiū te miſerā-
te ꝑueniat. P d. Cōpleñ.
Preſta dñe q̄s ut aīe fa-
mulaꝝ tuaꝝ his purga-
te ſacrificijs īdulgētiam
pariter et requiē capiant
ſempiternā. P dñm. Vel
pro pluribus defunctis.
Inclina dñe aurē tuā ad
preces noſtras quib⁹ mi
ſericordiā tuā ſuppliciter
deprecamur: ut animas
famuloꝝ famularumqꝫ
tuarū. N. quas de hoc ſe-
culo migrare iuſſiſti ī pa
cis ac lucis regione con-
ſtituas: et ſanctorū tuoꝝ
iubeas eſſe cōſortes. P d.
Abſolue domi Secreta
ne animas famulorū fa
mularumqꝫ tuaꝝ. N. ab
omni vinculo delictorū:
ut in reſurrectionis glo-
ria inter ſāctos et electos
tuos munerati reſpirent
Per dñm Complenda.
Annue nobis domīe ut
anime famuloꝝ famula
rūqꝫ tuaꝝ. N. remiſſionē
quā ſemꝑ optauerūt me-
reant percipere peccatoꝝ
Pro viro vel femina lo-
cum fundāte vel dotante
Propiciare q̄ſumus
dñe aīe famuli tui
N. et pſta ut q̇ de tuis do
nis in hoc loco peruigili
cura nomini tuo q̄tidia-
na preparauit obſequia:
perpetua cū ſanctis tuis
perfrui mereat letitia. P
Hanc oblatio Secreta
nem q̄ſum⁹ dñe celeſti be-
nedictiōe ꝓſequere: ⁊ con-

cede ut ad ſalutē illius ꝑ
ueniat cuiꝰ in hoc loco ſti
pēdijs nr̄a tibi ſeruitꝰ cō-
gregata miniſtrat. Per d
Percepta dn̄e cō- Cōpl.
munio ſingularis aīe fa
muli tui. N. ſit ſemꝑ ſalu
taris: ſitqꝫ ei q̄ſumꝰ dn̄e
ſalutare remediū. q̄ i hoc
loco tibi diuini ſeruicij ꝑ
parauit obſequiū: et nobꝭ
famulis tuis tp̄ale ſubſi
diū. Per do. Pro aīabus
nobis cōmendatis
Deus cuiꝰ miſericor
die nō eſt numerꝰ ſuſcipe
ꝓpiciꝰ preces humilitatis
noſtre: et aīabus que no-
bis in orationē cōmēda-
te ſunt: ⁊ quarum utimur
elemoſinis quibꝰ tui no-
minis dediſti cōfeſſionē:
cūctoꝝ remiſſionē tribue
peccatoꝝ. Per d. Secreta
Proſit q̄ſumus dn̄e hec
ſancta preſentis ſacrificij
oblatio aīabus q̄ nobis
in orationē ꝯmēdate ſūt
et quarū utimur elemoſi
nis: ut per nomen ſanctū
tuū a perpetuis cruciati-
bus erepte: trāſitū mereā
tur in requiē eternā. Per d.
Proficiat Compleda.
q̄ſumus dn̄e ad indulgē
tiam animabus: que no-
bis in orationē ꝯmēdate
ſunt. et quarū utimur ele
moſinis diuini celebra-
tio ſacramenti: ut per hec
ſancta a cōtagijs terrene
conuerſatiōis emūdate.
ad celeſtē mereantur pue
nire habitationē. Per do
Pro cōgregatione.
Deus uenie largitor
et humane ſalutis ama-
tor queſumus imenſam
clementiam tuam: ut no
ſtre congregationis fra-
tres et ſorores qui ex hoc
ſeculo tranſierunt: beata
maria ſemper uirgine cū
omnibus ſanctis interce
dente ad perpetue beati-
tudinis conſortium per-
uenire concedas. Per do
minū noſtrū iheſum chri
ſtum filiū tuū. Secreta.
Deus cuius miſericordie
nō eſt numerus ſuſcipe ꝓ
picius ꝑces humilitatis

noſtre:et animabus fra-
trū et ſororū noſtre ꝯgre
gatiōis quibus tui nōis
dediſti cōfeſſionē ꝑ hec ſa
cramenta ſalutis noſtre
cūctoꝝ tribue remiſſionē
peccatoꝝ. P d. Compl.

Deus vita viuentiū ſpes
morientiū: ſalus omniū
in te ſperātiū: p̄ſta ꝓpici⁹:
vt aīe huius cōgregatio-
nis: et omniū hic ꝛ vbiqꝫ
requieſcētiū a nr̄e morta
litatis tenebris abſolute
beata maria ſemꝑ virgi-
ne itercedēte in perpetua
cū ſanctis tuis luce letent̄
P d. Pro in cimiterio ſe-
pultis Coll.

Deus in cui⁹ miſeratiōe aīe
fideliū requieſcūt: famu-
lis ac famulab⁹ tuis om
nib⁹ hic ꝛ vbiqꝫ in chriſto
quieſcētibus da ꝓpici⁹ ſu
orū veniā peccatoꝝ: vt a
cūctis reatib⁹ abſoluti te-
cum ſine fine letent̄. P eū.

Pro animab⁹ Secreta
famuloꝝ famularumqꝫ
tu[ar]ū omniū catholico-
ru[m] hic et vbiqꝫ i chriſto
dormientiū. hoſtiam do
mine ſuſcipe benign⁹ ob-
latā: vt hoc ſacrificio ſin-
gulari vinculis horren-
de mortis exute: vitā ha-
bere mereant̄ eternā. P e.

Deus fideliū Complē.
lumen aīarū adeſto ſup-
plicationibus noſtris: et
da famulis ac famulab⁹
tuis quorū corpora hic ꝛ
vbiqꝫ i chriſto requieſcūt
refrigerij ſedē quietis be-
atitudinē ꝛ luminis cla-
ritatē. Per eū. Pro exuli-
bus aīabus

Miſere re miſericors deus
aīabus illis que ſingula
lares apud te nō habent
interceſſores: quib⁹ nul-
la eſt ꝯſolatio in tormen
tis neqꝫ ſpes vlla. niſi ꝙ
facte ſunt ad imaginē et
ſimilitudinē tuā. parce ꝛ
defende plaſma tuū no-
bile: gloriam nōis tui ne
des alteri. opus manuū
tuarū reſpice in eis: ꝛ libe
ra eas ab oībus intolera
bilibus penis ꝛ cruciati-
bus: ꝛ ꝑduc eas ad ſocie-

tatē ciuiũ ſupnoꝝ. ꝑ do.
Suſcipe q̄ſumꝰ Secreta
clemētiſſime deus hoſti-
as placationis et laudis
ad honorem noīs tui di-
candas ꝓ aīabus nō ha-
bentibus apud te ſingu-
lares interceſſores. nec cō
ſolationē in tormētis ne
q̄ ſpem ullam: niſi ꝙ tibi
eas ꝯfiguraſti. ⁊ p̄ſta per
hec placatiōīs miſteria:
ut aīe quas ad gloriā no
minis tui nobiliter for-
maſti. ab oībus penis et
cruciatibus abſolute: lu-
cis ꝑpetue te miſerāte reci
piāt btītudinē ꝑ. Cōpl.
Deus a quo ſperat̄ oīne
bonū tribue q̄ſumꝰ ut hec
ſacramēta q̄ ſumpſimus
nobis ꝓficiāt ad ſalutē:
et animabꝰ q̄ ſingulares
apud te nō habēt interceſ
ſores: ꝓ quibꝰ tuā dep̄ca
mur clemētiam: ꝓſint ad
pctōꝝ īdulgētiā et requiē
ſempiternā. ꝑ. Generał
Fideliũ de Colł.
us omniũ condi
tor ⁊ redemptor:
aīabus omniũ fideliũ de
fūctoꝝ remiſſionē cūcto-
rū tribue peccatoꝝ: ut in-
dulgentiā quā ſemꝑ op-
tauerūt: piſs ſupplicatio
nibus conſequātur Qui
viuis et regnas. Secre.
Hoſtias q̄s dñe quas ti-
bi ꝓ aīabus omniũ fide-
liũ defunctoꝝ offerimus
placatus intēde ut quibꝰ
chriſtiane fidei meritū cō
tuliſti: dones ⁊ p̄miũ ꝑ d̄
Animabus q̄s Cōpl.
dñe omniũ fideliũ defūc
torū oratio ꝓficiat ſup-
plicātiũ: ut eas ⁊ a pecca-
tis oībus exuas et tue re-
dēptionis facias eſſe par
ticipes. Qui viuis et reg.
cū deo p̄re ī unitate ſpūs
ſancti deꝰ ꝑ. Generalis
Animabꝰ q̄s Colł.
dñe famulorum fa
mularūq̄ tuarū quoꝝ q̄
rūq̄ ꝯmemorationē agi
mus ⁊ elemoſinas recepi
mus: ſeu omniũ parētū
noſtrorū omniūq̄ ī chri
ſto quieſcentiū miſericor
diā ꝯcede perpetuā. ut eis

proficiat ineternū qđ i te
ſperauerūt ⁊ crediderunt
Per eundem Secreta.
Queſum⁹ dñe de⁹ ꝓ ani-
mab⁹ famuloꝝ famula-
rūq; tuarū: quoꝝ quarū
q; ꝯmemorationem agi
mus. et elemoſinas rece-
pim⁹. ſeu omniū parētū
noſtroꝝ omniūq; in xp̄o
quieſcētiū: his munerib⁹
intēde placat⁹: ⁊ quod ad
laudē tui noīs ſupplican
tes offerim⁹. ad indulgē-
tiā ꝓficiat defūctoꝝ. Pe.
Supplices dñe Cōpleñ.
preces ꝓ animab⁹ famu-
lorum famularūq; tua-
rum quorū quarūq; cō-
memoratiōnē agimus: ⁊
elemoſinas recepim⁹ ſeu
omniū parentū noſtroꝝ
omniūq; in chriſto qui-
eſcentiū effundimus ſup
plicātes: ut quicquid cō-
uerſatione cōtraxerūt hu
mana: et clementer indul
geas et in tuoꝝ ſede letā-
tiū ꝯſtituas redemptoꝝ.
P eūdē. Feria. ij. Epiſto-
la Ad Theſſalonicenſes.

F ratres. Nolum⁹ vos
ignorare de dormi
entib⁹: ut nō ꝯtriſtemini
ſicut et ceteri qui ſpem nō
habent Si eñ credim⁹ q̄
iheſus mortu⁹ eſt ⁊ reſur-
rexit: ita ⁊ deus eos q̄ dor
mierūt ꝑ ihm adducet cū
eo. Hoc eñ vobis dicim⁹
in verbo dñi: q: nos qui
viuimus qui reſidui ſu-
mus in aduētu dñi non
ꝑueniemus eos qui dor-
mierūt. Quoniā ipſe do-
min⁹ in iuſſu ⁊ in voce ar
chāgeli: et in tuba dei de-
ſcendet de celo: et mortui
qui in chriſto ſunt reſur-
gēt primi. Deinde nos q̄
viuimus qui relinq̄mur
ſimul rapiemur cū illis ī
nubib⁹ obuiā xp̄o ī aera:
et ſic ſemꝑ cū dño erim⁹.
Itaq; ꝯſolamini inuicē
in verbis iſtis In chriſto
ihu dño nr̄o. S. Johem
I n illo tp̄e. Dixit martha
ad iheſum. Domine. ſi fu
iſſes hic frater meus nō
fuiſſet mortu⁹ Sed ⁊ nūc
ſcio q: quecūq; popoſce-

ris a deo dabit tibi deus
Dicit illi iheſus Reſurget
frater tuus. Dicit ei mar
tha. Scio: q reſurget in
reſurrectione in nouiſſi-
mo die. Dicit ei ihs Ego
ſũ reſurrectio ⁊ vita Qui
credit i me: etiã ſi mortu-
us fuerit viuet. Et omis
qui viuit et credit in me:
nõ morietur ineternum.
Credis hoc? Ait illi Vti
q̃ dñe. Ego credidi: q tu
es xp̃s fili⁹ dei qui in hũc
mũdũ veniſti. Feria.iij.
Lectio epl'e btĩ pauli apl'i
Ad Corinthios.
Fratres Ecce miſteri
um vobis dico. Omnes
quidẽ reſurgem⁹: ſed nõ
oẽs imutabimur In mo
mẽto in ictu oculi: in no-
uiſſima tuba. Canet em̃
tuba: ⁊ mortui reſurgent
incorrupti: ⁊ nos imuta
bimur. Oportet em̃ cor-
ruptibile hoc induere in-
corruptionẽ. ⁊ mortale h̃
induere imortalitatem.
Cũ autẽ mortale hoc in-
duerit imortalitatẽ: tunc
fiet ſermo qui ſcriptus ẽ.
Abſorpta eſt mors i vic-
toria Vbi eſt mors victo
ria tua? Vbi eſt mors ſti
mulus tu⁹? Stimul⁹ aũt
mortis peccatũ ẽ. virtus
vero peccati lex. Deo aũt
gratias. qui dedit nobis
victoriã. p dñm noſtrũ
iheſũ xp̃m. S. Johãnẽ.
In illo tpe. D.i.d.ſ. et tur-
bis iudeorum. Ego ſum pa
nis viuus qui de celo de-
ſcendi. Si quis mãduca-
uerit ex hoc pane: viuet i-
eternũ. Et panis quẽ ego
dabo: caro mea eſt p mũ
di vita. Litigabãt ergo
iudei: adinuicem dicẽtes
Quomõ poteſt hic carnẽ
ſuã nobis dare ad man-
ducãdũ? Dixit ergo eis
ihs. Amẽ amẽ dico vob
niſi manducaueritis car
nẽ filij hois. et biberitis
ei⁹ ſanguinẽ: non habebi
tis vitam in vobis. Qui
mãducat carnẽ meã. ⁊ bi
bit meũ ſanguinẽ: habet
vitã eternã Et ego reſuſ-
citabo eũ i nouiſſimo die

Feria. iiij. Lcō libri apo-
calipſis bti Johīs apl'i.

IN diebus illis. Audiui
vocē de celo dicentē mihi
Scribe: beati mortui qui
in dño moriūť. Amodo
iam dicit ſpiritus: ut re-
quieſcāt a laborib' ſuis.
Opera enī illoꝝ ſequunť
illos. Scd'm Johānē.

IN illo tpe Dixit ihs
diſcipulis ſuis ⁊ tur
bis iudeoꝝ. Sicut enī pa
ter ſuſcitat mortuos ⁊ vi
uificat: ſic et filius quos
vult viuificat. Neqꝫ enī
pater iudicat quemq̄. ſed
omne iudiciū dedit filio
ut oēs honorificent filiū
ſicut honorificant patrē
Qui nō honorificat fili-
um: non honorificat pa
trē qui miſit illum. Amē
amen dico vobis: quia q̄
verbū meū audit. ⁊ credit
ei qui miſit me: habet vi-
tā eternā. Et in iudicium
non veniet: ſed tranſiet a
morte ad vitā Feria. v.

Lectio Eſaie ꝓphete

HEc dicit dñs deus.
Orieť i tenebris lux tua:
et tenebre tue erunt ſicut
meridies Et requiem da
bit tibi dñs deus tu' ſem
per. ⁊ implebit ſplendori
b' oſſa tua. et animā tuā
liberabit. Et eris q̄ſi or-
tus irrigu': et ſicut fons
aquaꝝ cuius nō deficiēt
aque. Os enī domini lo-
cutū eſt. Scd'm Johēm

IN illo tpe. Dixit ihs di-
ſcipulis ſuis ⁊ turbis iu-
deorū. Amen amen dico
vobis. qꝛ qui verbū meū
audit et credit ei q̄ me mi
ſit: habet vitam eternam
Et in iudicium nō venit
ſed tranſit de morte ad vi
tam. Amen amē dico vo
bis. quia veniet hora et
nūc eſt quādo mortui au
dient vocē filij dei: et qui
audierint viuent. Sicut
enim pater habet vitam
in ſemetipſo: ſic dedit fi-
lio vitā habere in ſemet-
ipſo. Et poteſtatem de-
dit ei iudiciū facere. quia
fili' hominis eſt. Nolite
mirari hoc: qꝛ veniet ho-

ra in qua oēs qui in mo-
numētis ſūt audiēt vocē
filij dei. Et pcedēt qui bo
na fecerūt in reſurrectio-
nē vite: q̄ vero mala ege-
rūt. i reſurrectionē iudicij
Feria. vi. vel tpe paſcali.
Ftēs Ad Corinth.
Si xp̄s p̄dicat̄ q̄ a
mortuis reſurrexit. quō
quidā dicūt i vobis. qm̄
reſurrectio mortuoꝝ nō
eſt. Si autem reſurrectio
mortuoꝝ nō ē. neq̄ʒ xp̄s
reſurrexit. Si aūt xp̄s nō
reſurrexit. inanis ē ergo
p̄dicatio nr̄a. ianis eſt et
fides vr̄a. Inuenie mur
em̄ et falſi teſtes dei. qm̄
teſtimoniū diximꝰ aduer
ſus deum qd̄ ſuſcitauerit
ihm̄. quē nō ſuſcitauit ſi
nō reſurgūt mortui. Nā
ſi mortui nō reſurgūt. ne
q̄ʒ chriſtꝰ reſurrexit. Qd̄
ſi nō reſurrexit xp̄s: vana
eſt fides vr̄a. Adhuc em̄
eſtis in peccatis veſtris.
Ergo et qui dormierūt i
xp̄o: perierūt Si in hac vi
ta tantū ſperātes ſumus
i chriſto: miſerabiliores
ſumꝰ oībus hoībus Nūc
aūt xp̄s reſurrexit a mor
tuis primicie dormiētiū.
Quoniāq̄ dē per hominē
mors: ⁊ p hominē reſur-
rectio mortuoꝝ. Et ſicut
in adā oēs moriūtur: ita
et i xp̄o oēs viuificabunt̄
Vnuſquiſq̄ʒ em̄ i ſuo or-
dine. primicie chriſtꝰ In
xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Scd̄m
Johem
In illo tpe Dixit
ihs diſci. ſuis ⁊ turbis iu
deoꝝ Omne qd̄ dat mihi
pater ad me veniet: et eū
qui venit ad me nō eijciā
foras. Quia deſcendi de
celo nō vt faciā volūtatē
meā. ſed volūtatē eiꝰ qui
miſit me. Hec eſt volūtas
eius qui miſit me patris
vt om̄e qd̄ mihi dedit nō
pdā ex eo: ſed reſuſcitē il-
lud in nouiſſimo die Hec
eſt em̄ volūtas p̄ris mei
q̄ miſit me: vt oīs q̄ videt
filiū ⁊ credit in eū: habeat
vitā eternā. Et ego reſuſ-
citabo eū i nouiſſimo die
Lcō libri Machabeoꝝ.